Celſi ueronenſis diſſuaſoria:

Reuerendiſſimo domino Iacobo Cardinali Papienſi Domitius Veronenſis ſalutem & commen.

PRoxime legi Reuerendiſſime domine orationem diſſuaſoriam Venerabilis patris Celſi ueronenſis Canonici regularis in qua cum rationibus: tum etiam exemplis præclariſſimis pluribus uarie copioſe atq; ornate rebus ſacris parcendum & abſtinendum eſſe contendit: eam a te qui doctiſſimus & eruditiſſimus ab omnibus haberis & exiſtimaris ualde probari audio & uehementius commēdari. Ego quoq; pro hac tenuitate mea grauiſſimum iudiciū tuum tanti facio ut ipſe tecum ſentiam: ac talem lucubratione integerrimi religioſi imprimendam ex tua ſententia eſſe decernam. Cum in uniuerſum ad omnes pertineat talis cauſa taliſq; diſſuaſio. Chriſtiani enim nominis decus: chriſtianæq; religionis ratio præcipue cuſtoditur: ſi inter alia quoq; res ſacræ intactæ inuiolatæq; ſeruentur. Vale.

¶ Epiſtola Reuerendiſſimi domini Hermolai Barbari Epiſcopi Veronenſis ad.D.Celſum Veronenſem Cano
nicum regularem Congregationis lateranenſis.

REligioſorum decus ſaluus ſis: uno ſpiritu legi
diſertiſſimam & xp̄ianiſſimam epiſtolam tuā:
in qua legenda tantā cœpi uoluptatem:ut ni
hil ſuauius:nihil ad explendam ſanam mentē
pinguius audiri aut legi potuiſſet:Quoniam nihil preter
miſiſti eoꝝ quæ a magnis ingeniis excogitari:aut a doctis
religioſis ad noſtros homines erudiendos in tanta re affer
ri potuiſſent omnibus doctrinæ:ſanctitatis:auctoritatiſq;
præſidiis munitus:ad monēdos Venetos uiros te ita præ
paraſti:ut apud omnes nō minus chriſtianus q̄ doctus &
ſis & habearis.Adde igitur quæ in margine annotaſti: &
perfice opus hoc dignum:ut inter cætera quæ per omnes
tuæ ætatis gradus præconia:in omnibus fere Italiæ urbi
bus es conſequutus.Hanc etiam dignam laudem in Ve
neta urbe regina Italiæ ut ita dixerim conſequaris:Tanta
enim ut ſpero erit dicendi uis:ut ſi non omnes: ſaniorem
tamen partem in tuam adduces piiſſimam ſententiā: Ni
hil falſi locutus es:nihil ueri cōticuiſti ad ſæuiſſimos ani
mos moliendos.Et cum omnia ſumma caritate narraue
ris:miſericors ac miſerator dominus magis ac magis aſſi
ſtet huic ſancto operi:& illuminabit mentes & corda om
nium ad ueritatem agnoſcēdam relictis tenebris. Nec de
ſeret hanc urbem:quæ tempore lucis ſola condita eſt: Et

tot ac tantis ſanctorum corporibus ornata ac munita: ut nunq̃ adduci poſſim illam facile perituram:tanq̃ ſummi dei peculiarẽ. Vale & me ut ſoles ama:ab pro me ora. Ex Venetiis pridie callendas Februarias. M.cccclxxi.

Tuus filius Hermolaus Epiſcopus Veronenſis indignus manu propria.

Celſi Veronenſis Canonici Regularis Lateranenſis congregationis Diſſuaſoria ne Chriſtiani principes Eccleſiaſticos uſurpent cenſus Ad Inclytum Venetorum Senatum.

SOlent cōplures ſæpenumero Sereniſſime Princeps:Illuſtriſſimeq; Senatus cū de re aliqua tractaturi ſunt: ea tm̄ in dicendo ſectari: ea proferre:ea ſuo ſermone complecti:quæ legentiū auribus obſequātur:quæ ue gratiam: & inanē ſibi applauſum ualeāt aucupari. Cōtra uero quæ recta:quæ utilia:quæ bona ſibi & honeſta uidentur:ea ueluti minus gratiæ:minuſq; oblectamenti ac ſuauitatis habitura aſpernantur & reſpuunt. Aſt ego ab his profecto longe aliter ſentio. Vidētur ſiquidem mihi ii nō mediocriter errare:ac ut ita dixerim: a propoſito ſuo pene decidere. Nam dum gloriā ſibi ab hominibus ac laudes ex turpi quadam mercatura quærūt:ignominiam magis ac dedecus incurrūt. Quid enim turpius q̄ ſub bōi ſpecie amicoꝝ animis fraudes offūdere? Quid indecentius q̄ ꝓ ueris ficta ac ſimulata ſupponere? Quid inq̄ fedius:& ab omni prorſus honeſtate remotius:q̄ peſtiferis aſſentationibus mortalium mentes in multos ac maximos errores inducere? ii profecto non amici:non beniuoli:non uiri boni:ſed imaniſſimi potius hoſtes:& oīum odio digni habendi ſunt. Quis .n. numeret quot mala quot iacturas:quot peſtiferas clades inferant? Quis inq̄

numeret quot detrimenta:quot diſpendia:quot incómo-
da:ac pericula ob iſtiuſmodi aſſentatorum praua conſilia
ac obſequia fraudulenta non priuati ſolum hóies ſubeāt.
ſed etiā uniuerſæ res publicæ:ac cunctorum regum impe
ria? Id uero illis aſſequi haud profecto difficile eſt:nā be-
niuolētiæ & amicitiæ cultu ſubtecti blandis laudibus: ac
fictis obſequiis mētes hominum offuſcant:fraudes inne-
ctunt:& unumquēq; rerum ſuaꝝ ignorātia inuoluūt: Vt
quæ bona ac ſalubria:quæ ue ſibi noxia ac peſtifera ſunt
minime dignoſcere queat. Tales etenim ſe eſſe arbitranť
homines:ut merito iureq; laudentur. Ex quo innumerabi
lia poſtea peccata naſcuntur:& in maximis illi uerſantur
erroribus. Quāobrem iſtorum ego impreſentiarum ſen-
tentiam minime ſequēdam duxi:ſed ea magis proſequar:
ea audacter enarrare contendam:quæ ſi minus gratiæ:mi-
nuſq; ſuauitatis forte habitura ſint:ac pfecto non ficta:nō
ſimulata:ſed quæ uerum amicum:uerūq; deceant moni-
torem:ob eāq; rem neq; omnino fortaſſis inutilia: neq; fu
tura prorſus infructuoſa. Nam & medicorū plerūq; ama-
ra ſunt pocula:eadem tñ frequenter egrotis opem afferūt
& ſalutem: Quod ſane mihi quoq; arbitror eſſe faciundū
idemq; mihi in hac cauſa officium eandēq; aſſumendam
eſſe perſonam:quo aptius & facilius ſalutem priſtinā:bo
namq; ualitudinem languentibus inducam. Ea propter ſi
licentius aliquid dixiſſe uidebor id non odio:nō liuore ali
quo fieri exiſtimandum erit:ſed ut magis animus tuus ſe
reniſſime Princeps & eorum qui monitis talibus indigēt
ad meliora ac ſalubriora cōſilia capeſſenda q̄ efficaciter ex
citentur. Accipies igitur hanc lucubraciunculam meā ſa-
tis horrida & inculta oratione conſcriptam: quā ob meū

in te inclytumq; ſenatum ſingularem amorem : pcipuáq; caritatem & obſeruantiā ſereniſſimo nomini tuo dedicare conſtitui. Si quid forte conſilii. Si quid utilitatis & adiumenti uobis:ueſtriſq; afflictis rebus non ſolū aſſiduis orationum ſuffragiis. Verum etiam crebris uerborum exhortationibus afferre potuero. Nūc igitur ne ꝓcul nimis noſtra aberret oratio dicere aggrediar:quæ tecum in præſentia mi ſereniſſime Princeps agere inſtitui. Si tñ illud unū prius ſubiecero:me idcirco hoc onus ſponte ſuſcepiſſe: ut nulla in parte mihi ipſi ꝓ ingenii mei paruitate deſim : qn ea ſuggerā:ea conſulam:ea admoneam: quæ ad iſtius ueſtri inclyti clariſſimiq; ſenatus ſalutem:ac ꝑpetuā gloriam in his tantis calamitatibus ac periculis noſtris firma certaq; ratione pertinere dignoſco.

CVm itaq; paucis ante diebus Sereniſſime Princeps religióis meæ gratia uarias urbes uarioſq; populos peragrarem: complures ſæpenumero (ut fit) præclaros:ac inſignes uiros:cōplures illuſtres:ac excellentiſſimos principes alloquutus ſum. Inter loquendum uero in eos ipſos crebro ſermones incidimus:qui nunc maxime per omnium ora uerſantur & uolitant: De huius ſcilicet impiiſſimi turci Chriſtiani nominis hoſtis proſpero fœliciq; bellorum ſucceſſu:quibus Chriſtianos inſequitur uexat atq; trucidat: quibus orthodoxā fidem dies nocteſq; labefactare ac funditus euertere nitit̃ in qua quidem re cum iam diu tantum inualuiſſe tantūq; excreuiſſe conſpicimus:tantas ſibi pedeſtres ac maritimas copias:tot auxilia ac bellicos apparatus ſibi comparaſſe: tantum deniq; aduerſus Chriſtianos & Italiam ipſam exercitum contraxiſſe:quantum aduerſus Græciam olim ma

Turcus

Xerſes. gnus ille Xerſes: quem mare claſſibus: terrã uero pedeſtri exercitu pene operuiſſe memoriæ proditum eſt. Quo circa tantæ potentiæ & expeditionis incredibilis magnitudo unicuiq; non imerito poteſt eſſe formidini. Verũ cæteris iſtiuſmodi compluribus inter loquendum in eo ſermone a nobis ꝑtermiſſis ad id unum maxime noſtra tandem defluxit oratio: q̃ magna fuerit: q̃ erumnoſa: q̃q; dolenda & non ſine lachrymis cõmemoranda recẽs ueſtra Euboeæ inſulæ clades: atq; iactura: qua ꝓfecto nulla maior: nulla triſtior: nulla uobis: ac Chriſtianæ rei Publicæ infœlicior accidere poterat. Ex inde namq; non uobis ſolum ac maritimo imperio ueſtro crudele bellum & extremum diſcrimen impẽdit: Verũ etiam Italiæ ipſi ac uniuerſæ fidei noſtræ triſtis euerſio & ſupremũ exitiũ ꝑparatur. Quo circa ſumopere profecto pertimeſcendum eſt: actũ iam eſſe de nomine Chriſtiano: actũ de fide catholica: tot Chriſti laboribus: tanto ſanguine: tot cruciatibus conſtituta. Iam enim ad radicẽ poſita eſt ſecuris: in foribus iam adſunt ſæuiſſimi hoſtes: iã littora naualibus copiis plena undiq; reſonant: iam nobis niſi e cœlo diuinum ſuffragetur auxiliũ extrema iminet clades: & miſerabile naufragium ſubeundum eſt. Quis. n. iſtius imaniſſimæ belluæ ferocem impetum ſubſtinebit? Quis trucẽ audaciã cohercebit? Quis inq̃ tanta elatum uictoria ab incœpto ſuo deterre ualebit? Pre multitudine quippe hominũ: ac pre magnitudine uictoriæ partæ anguſtos ſe fines habere arbitrabitur: nõ. n. expletur unq̃ aut ſatiatur regnãdi libido: ſed quãto maior imperii fuerit acceſſio: tãto quoq; creſcit & augetˀ dñandi cupido. Quã ob rem facile admodum ſibi pſuaſum erit: ſe ſe totius italiæ imperio poſſe quãdoq; potiri: huc ꝓfe-

cto uotis omnibus aſpirat:ad hoc toto deſiderio mentis anhelat:ad hoc omnes cogitationes ſuas:omnia conſilia: omnem curam animumq; conuertit. Quæ ſane res uelu ti olim Alexandrum Macedonem: aut Cæſarem illum: quos iſte potiſſimum ſibi ex omnibus immitandos dele git ad ſubiugandi totius orbis cupiditatem ſupra huma-num modum euexit: ita hunc quoq; pari modo uehe-menter impellet ad ſuũ longe lateq; propagandum ĩperiũ ac nominis ſui famam p̄clariſſimis geſtis poſteris deman dandam:quod ingenuis ac p̄ſtãtibus animis ad maximas res obeundas non mediocre adiumentum afferre conſue uit. Emulatione itaq; gloriæ (ut aiũt) parem ſe illis conat̃ oſtendere:& eoꝝ exẽplo gloriæ:ac laudis ſtudio magis ac magis ardere & inflãmari uidetur. Ad quod ſane nũc eo quidẽ impenſius & auidius anhelabit:quo latiorẽ ſibi uiã faciliorẽq; ex hac recenti uictoria ſibi aditum cõparauit. Quas ob res (ut multis uidet̃) ſatis quidẽ iuſte hæc Eu ripi ueſtri clades atq; calamitas omniũ maxima maximeq; deploranda eſt:quã digno uobis ac recto ſũmi dei iudicio eueniſſe opinantur:& dictitant:pp inſolitã ueſtrã ſacrarũ reꝝ exactionẽ:ac uexate religionis iniuriã. Sic profecto & proxime decurſis tẽporibus p̄clariſſimæ illi totoq; terraꝝ orbæ celeberrimæ urbi Cõſtãtinopoli:quæ Romãi quon dam imperii ſedes extiterat:ob iniquiorẽ tamen cãm eue niſſe meminimus. Nã & ſi non ſine magno cordis dolore ea infœliciſſima clades recolenda ſit:ob diutinã tñ ac in ueteratã græcoꝝ a uera fide diſcordiam haud iniuſto opti mi dei conſilio tã lugubrẽ calamitatẽ:tãq; miſerabile exce dium oẽs perpeſſam fuiſſe teſtãtur. Quid Piſanoꝝ euer ſio? qui ſuperioribus tẽporibus tanta potẽtia tãq; lato im

Alexãder Cæſar.

Euripius

Conſtã-tinopol' quare in manus Turci.

Piſæ q̃re Euerſæ.

perio gloriabãtur. Nõne tãdiu ꝓſpera eis cũcta ſucceſſe reſtã diu imperiũ ſuũ terra mariq; integrũ ſeruauere: quo ad rem diuinã ſumma obſeruãtia coluerũt. Poſtq̃ uero in res ſacras: ac ſũmi dei miniſtros impias manus iniecere: tũ demum multa aduerſa: multa incõmoda: multaſq; ac maximas calamitates perpeſſi ſunt. Adeo ut non ſolum imperium ipm turpiter amiſerint. Verũ ẽt ſub hoſtium miſera redacti ſint uirtute. Quo circa nemini ſane mirãdum eſt: ſi itidem nunc uobis & Euboreæ inſulæ ueſtræ infœliciter contigit. Vox quippe omnium gentiũ eſt omniũq; populoꝝ: expeditionẽ ueſtrã Achaicam tã triſtem tãq; infœlicem euentum ob ſacrarũ reꝝ exactionẽ ſortitã fuiſſe.

Triſtus eventus expedi⸗nis achaicæ. Vñ Euboæ clades.

Pariq; modo Euripi ueſtri cladem nuper acceptã in eandem omnes referunt culpã: eandemq; religionis iniuriam. Quã ob rem magnopere ſi recte ſentimus: ſi ad noſtrarũ rerum inſpectionem rõne ducimur: magnopere inq̃ nobis pertimeſcẽdũ eſt: ſi in hoc ueſtro propoſito diutius ſteteritis: ne reliquæ ciuitates & inſulæ ueſtræ eandem ſortem ſubeant: eandẽq; uindictam. Neq;.n. perſeuerante ruinaꝝ cauſa ſalutẽ afflictis rebus gigni: parari ue poſſe ſperandum eſt. Hæc itaq; & alia iſtiuſmodi complura ubiq; paſſim frequenter audiui: quæ enumerare: ac præſenti ſermone complecti uelle longi admodum ſuperuacaneiq; eſſet negocii. At nũc id unum ſat ſit cõmemoraſſe: multa neq; uario: neq; obſcuro ſermone cũ maxima ueſtri clariſſimi ſenatus nota atq; dedecore obinſuetam iſtam ſacrarũ reꝝ compilationẽ ubiq; ꝓferri. Quã ob rem (ut ueꝝ fatear) ob ſingularem meũ erga inclitum ueſtrum diuinũq; ſenatum amorem & obſeruantiã non mediocriter indoleo uicem ueſtram. Vellem ſiquidẽ ea de uobis ac fœlici ſtatu

ueſtro libẽter audire:quæ ad ſummã laudẽ:ſũmãq; gloriã ac ſplẽdorẽ ptinerẽt. At magno dolore carere nõ poſſum: cum animaduerto quorſum iã inclinetur ac deuoluat̃ illa nominis ueſtri tanta claritas:tantaq; celebritas: quæ uniuerſo orbe etiam apud remotiſſimos populos incredibilis ferebat̃:nec imerito. Sicut enim multo antea tpe ampliſſimis diuitiis:maxima rerum omniũ opulentia:ſumma gloria:ſummoq; ſplendore hæc præclara ciuitas ueſtra cæteras ante iuit :ita quoq; moꝝ honeſtate:uitæ ſanctimonia: iuſtitia:fide:pietate:religione:reliquiſq; uirtutibus excellẽtiſſime præſtitit. Quæ quidem optimæ diſciplinæ poſtq̃ obliuioni tradi cœperunt. ita quoq; illa nominis ueſtri tanta claritas:tantaq; celebritas paulatim minui : paulatimq; deleri cœpit pariter & extinguit. Verũ licet ego grauiter & iniquo animo perferam tot clades:tot calamitates : tot ueſtros infœlices euentus:tot antiquæ gloriæ ueſtræ atq; imperii detrimenta:quæ per totam fere proferũtur Italiã: nõ tamen ab illoꝝ opinione omnino diſſentio(quod bona uenia ueſtra dictum ſit)qui inſolitam hanc ſacraꝝ rerum exactionem:præcipuam rerum male geſtarum cãm opinantur. Cum.n.nonnunq̃ mecum ipſe cogito:ac priorum temporum tranſacta mente percurro: in eorũ ꝓfecto ſententiamhaud difficile adducor. Videtur ſiquidem mihi(ut libera fronte loq̃r)quæ firma ſatis &explicata rõne ſentio inde uobis ac e peſtilẽti quodã frõte oĩa icõmoda: oia uobis aduerſa manare. Quod plane ita' eſſe unicuiq; apertum ſatis erit atq; perſpicuum : ſi clariſſimorum facinorum memoriam inſpectare uoluerit. Quis.n.ut rerũ geſtarum paulo altius initia repetamus eſt tam inſcius? Quis tam rerum omnium penitus ignarus? Qui neſciat

q̄ mirificum:q̄ præclarum q̄q; diuinum hæc res.p.ueſtra i ſui primordio initiū habuerit:q̄ magna deinde atq; excellentia:ac ſupra cōmunem conditarum urbiū conſuetudinem incrementa ſuſceperit? Omnia nāq; tanta proſperitate tāq; fœlici rerum omnium ſucceſſu euenere : ut omnia fere in ea ſtatim pariter excreuiſſe:& ad ſummū gloriæ faſtigium perueniſſe uideantur. Non ſolum.n.ſummis diuitiis præcioſarum rerum omnium uarietate:ſumptuoſiſſimis magnificiſq; tectorum ſtructuris:incredibili nauium numero:miroq; ac ſplendido eaꝝ apparatu hanc ciuitatē ueſtram breui temporū decurſu uniuerſo orbe celebrem reddidiſtis: Veꝝ etiam longe lateq; terra & mari imperiū ueſtrum propagaſtis:diutiuſq; q̄ ullæ unq̄ gentes pro ſingulari ueſtra ac maioꝝ ueſtrorū ſapiētia integrū fœliciſſime conſeruaſtis. Adeo ut neq; totius Italiæ arma quæ uniuerſi orbis domina atq; regina deſcribitur ulla ex parte illud unq̄ labefactare potuerint. Quæ nam igitur tātarum proſperitatum: quæ tot fœliciſſimorum ſucceſſuū extitit cauſa? niſi ꝓpterea quia nulla unq̄ ciuitas fuit:in qua aut religio magis culta:aut iuſtitia diutius & ſanctius cuſtodita fuerit. Id autē ſine adulatione dictum exiſtimari uelim. Videor.n.mihi pro rei merito parum ēt dixiſſe : & ſermonem ipſum ſuperari magnitudine rei. Quis.n. non admiretur? Quis non ſummis laudibus efferat præcipuum illum ſingularemq; maiorū ueſtroꝝ in diuinis rebus ardorem:maximā & inuiolabilem iuſtitiæ ac religionis obſeruantiam:Summam erga pauperes Chriſti munificentiā: Inextimabilem illam erga templorum cultum atq; ſplendorem liberalitatem? Huiuſce uero rei in hunc uſq; diem optima teſtis eſt nō modo probatiſſimoꝝ grauiſſimorūq;

Mira priſcoꝝ Venetoꝝ religiōiſ obſeruantia

uirorum recens memoria. Verũ ẽt id ipſum cumulare de clarant ornatiſſima tẽpla: ampla ac ſanctiſſimis religioſis referta monaſteria: quæ ante actis temporibus ex ſolis ma iorum ueſtroꝝ oblationibus & elemoſinis cõſtant fuiſſe conſtructa. Nam & ſi ſemper in his quæ ad dei cultum ac religionis obſequium & obſeruantiam pertinerent libera les haberentur pariter ac deuoti. Cum tamen iſtius modi calamitatibus premerentur ac talibus anguſtiis: tum ma xime præcipuum ſibi e cœlo ſubſidium bonis operibus expoſcebant: tum maxime largiſſimis elemoſinarum di ſtributiõibus magna fide: magnaq; deuotione deũ ſibi bo norum oĩum largitorẽ placare contendebant. Quã uero diſparia & ab illis diſſona nunc tempora ſubſequuta fue rint: q̃q; diſſimilis ac pene cõtraria erga religionẽ cultũq; diuinum ſucceſſerint obſeruantia: aliorum nũc malim id eſſe iudicium. Res enim adeo illuſtri ac propatulo ſita eſt loco: ut facile unicuiq; poſſit eſſe pſpicua. Sed de his po ſterius. Nunc redeo ad maiorum ueſtrorũ tẽpora: qui ut antea diximus talibus præſidiis cõmuniti tum demũ ad uerſus hoſtes pro ſtatu pro imperio ſuo bella ſubibãt: tũ ad certamen exhibant: tũ animo intrepido pugnã capeſſe bant: neq; prius ad patriam remeabant: q̃ profligatis dele tiſq; hoſtibus uictoriã certam: ac ſpolia reportarẽt. Quã ob rem nõ immerito laudatur ille. F. Camillus: qui Popu lum Romanũ auctore Liuio ad hoc ipſum plurimũ hor tabatur. Intuemini enim inquit. Quirites hoꝝ deinceps annoꝝ ſecundas res uel aduerſas: & oĩa pſpere diuina no bis ſequẽtibus numina adueniſſe iuenietis. Aduerſa uero & horrida ſpnẽtibus ſubſequuta fuiſſe. Quãto nũc igiť meliore locõ ſtaret. Veſtra quoq; res pu. Sereniſſime Pri

F. Camillus liuius

ceps:ſi maiorum ueſtrorum erga religionem optimâs diſciplinas:optimaq3 inſtituta uobis imitāda proponeretis? Quanto ſapientius ac præſtantius regeretur:ſi eorū ſumma prudentia:&reꝝ a ſe bene geſtarum exemplo doctiores fieri niteremini? Profecto non uos tot bella? nō tot incōmoda non tot pericula:non tot infeſtarēt aduerſa. Sed ut olim fuſis ac circūquaq3 debellatis hoſtibus ueſtris uictoriam ac glorioſa reportaretis trophea. At ſi minus hoc tempore proſpere minuſq3 fœlicius q̄ expetitis & optatis uobis res ueſtræ ſuccedunt:mirum ſane id nulli uideri debet:cum maioꝝ ueſtrorū optimæ ſanctiones parum quidem prudenter paulatim obliuioni mandari cœperint:cū religio ipſa:ac ſacerdotum reuerentia longe minus ſolito: minuſq3 q̄ uti par erat excolatur i uobis. Sed ignoſcite oro ſi quid durius uobis uideor protuliſſe:ita enim multi imo pene omnes:q rationis ductum ſequi uoluerint:ſentiunt. Ad ueſtram.n.utilitatem omnia iſta proſequor : ea ꝓpter ad ueniam mihi faciliores eſſe debetis. Sed iam reuerrat̄. unū excidit ſermo. Ea itaq3 paꝝ docte a uobis ſenſim obliuioni tradi antea diximus:& recte quidē. Ea nāq3 ſola fuerunt:quæ uos ſuperiori tēpore ac rem pu.ueſtrā ad tantā ſublimitatem:ad tantam gloriā:tantūq3 ſplendorē fœliciter euexerunt. Quā ob rem haud iniuria deſiere nunc fœlices ueſtri ſucceſſus:deſiere antiqua trophea:deſiere priſtini uictoriaꝝ triumphi:deſinere cœpit & tātæ ueſtræ gloriæ claritas:deſinere deniq3 cœpit & illa pariter nois ueſtri tanta auctoritas:tantaq3 maieſtas:quæ toto orbæ haud obſcure celeberrima uagabatur.quæ cunctis populis:& gentibus uniuerſis:regibus atq3 principibus nō immerito admirationi eſſe poterat atq3 formidini. Nunquid nō iſta p

pēditis Clariſſimi Veneti? Nunquid nō iſta magnifaci-
tis? Id unum oro parūper aduertite: in unum mentis acie
parūper inſpicite: id unū inq̄ teſtāte conſcientia ueſtra pa
rūper attēdite. Quot uictorias: quot trophea: quot ex ho
ſtibus ſpolia retuliſtis: quot in hoc tā diutino bello fœli-
ces euentus experti eſtis: ex quo tā inſolitum: tāq; uobis
peſtiferū conſilium excogitaſtis. Vt nequaq̄ uerendū eſſe
arbitraremini in res ſacras: ac deo dicata bona ueſtras extē
dere manus. Quæ quidem uobis (mihi credite) in his tā-
tis periculis: ac neceſſitatibus ueſtris: nullum ſubſidium:
nullūq; prorſus allatura ſunt adiumētum. Et ſi aliter mul
tis forte uideatur: qnimo ueluti peſtis quædam ſæuiſſima
quæ mortifera contagione ſua uicina ac ꝓxima quæq; in
ficere: & maculare cōſueuit: ita hæc quoq; ueſtros appara
tus & copias (quod pius deus auertat) ad interitum: per
nitiemq; deducent. Non tale ꝓfecto cōſilium iniſſet. Cæ
ſar ille: licet eſſet a uera religione ſemotus: qui ut i eius ui-
ta pulcherrime ſcribitur: cū in auerniā forte contendiſſet.
Auerni uero tāq̄ raptum a ſūmo imperatore ſpolium ſu-
ſpenſum in templo gladium Cæſaris cōmoſtrarēt: eundē
tunc locum ingreſſus gladium ipſum conſpicatus ſubri
dens obmutuit. Cūq; amici eū detrahi inde iuſſiſſent: id
nequaq̄ fieri Cæſar permiſit. Et optime ac religioſe qdem.
Eum nāq; ſicut & cætera quæq; templorū ornatui: ac cul
tui dedicata: iam rem ſacram exiſtimabat. Quā ob rem ne
quaq̄ fas eſſe cenſebat talia amplius manibus mortalium
eſſe contingenda: & in alios uſus humanos eſſe quādoq;
tranſferēda. Nō ſic quoq; maiores ueſtri ꝓfecto feciſſent
nihil tale unq̄ excogitaſſent: Nō tale cōſiliū iniſſent priſci
illi ſumma prudentia: ſummaq; ſapiētia præditi: qui nullo

iminente periculo:nullis aduerſis:nulla demum neceſſita te adacti:tale ſibi unquã ſubſidium aſciſtere uoluerũt:& prudentiſſime quidem. Intelligebant.n.cuiuſq; rei pu.optima gubernacula:quibus conſeruatur:augetur: & propagatur imperiũ:duo præcipua eſſe:religionẽ ſcilicet atq; iuſtitiam:quibus quidẽ ſtantibus & imperium ſtare neceſſe eſt:& pariter cum labentibus labi. Huiuſcemodi itaq; artibus:& inſtitutis magis q̃ armis imperium hoc:quod terra mariq; latiſſimum eſt:facile parauerunt. Vbi uero he artes & optimæ diſciplinæ labi ac declinare cœperunt: illico imperium quoq; ipſum magis ac magis minui:ac retro fluere cœpit. Quæ quidẽ oĩa ad religionem ſacrarũq; rerum diligentiorem cultum & obſeruantiam(ſi recte inſpicere uolueritis) uos non mediocriter admonere ac impellere debent. Neq; uero ſolum exempla hæc ueſtratia rerũ male geſtarũ optimo documẽto uobis eſſe poſſunt. Verũ etiam maxima illa antiquorũ cura:ſummaq; diligentia: & obſeruantia:quæ diuinis rebus earũq; cultoribus cumulatiſſime ſemper eſt habita. Apud ægyptios:namq; aucto re Diodoro cũ uectigalia omnia tres in partes æquiſſime diuiderent:primã ſibi partẽ ſacerdotes uendicabãt:tãtaq; apud eos auctoritate erant:ut eorũ cõſilio & auſpicio cuncta gererentur:imuneſq; & ab omni prorſus onere liberi ſecundum poſt reges dignitatis locũ obtinerẽt. Indi uero cum uniuerſum populum in ſeptẽ tribus diuiderẽt: primam ſacerdotum tribũ conſtituebãt:quã quidẽ ab omni opere & onere liberã ſũmo cultu:ſũmoq; honore dignabantur. Sed æthiopes ſententia mea deorũ cultu: & obſeruantia oẽs antecelluiſſe omneſq; facile ſuperaſſe uidentur. Apud eos.n.ſacerdotes:tẽplorũq; cultores tãto in hono-

Precipua rei pu.gubernacula Religio atq; iuſtitia.

Diodorꝰ

Aegiptiorum religio in ſacerdotes.

Indorum religio in ſacerdotes.

Ethiopũ religio in

re fuerũt:ut ex ipſis ſolũ regũ ſumeretur electio. Quodq; incredibile dictu uidetur tãta fuerunt auctoritate: tantaq; illis fides adhibebatur:ut cum ſibi uideretur regibus nũciarent:ut mortẽ appeterent:ita.n.dicebant deorum ſuorum iubere reſponſa. Quã ob cauſam oẽs reges uſq; ad Ptholomei ſecundi tẽpora:ipſis ſacerdotibus nõ ui neq; armis coacti:ſed ex ueteri quadã conſuetudine ipſa uicti ſuperſtitiõe ſpõte paruiſſe:& mortẽ oppetiiſſe tradũtur. Quã ob rem hunc ſuæ tantæ pietatis in deos gloriantur fructũ mercedemq; tuliſſe:qꝫ nihil illis hoſtilis incurſus:nihil un q̃ inimicorũ illis crudelitas obfuit.qꝫ nunq̃ ſub externarũ gentiũ ſunt poteſtate redacti. Nã Cambiſes Perſarũ rex potẽtiſſimus:cum infeſtiſſimo bello eos ſemel aggreſſus fuiſſet:maxima ſuorũ ſtrage accepta totum pene exercitũ turpiter amiſit. Hercules ac Dionyſius toto orbe peragrato Ethiopes ꝓpter eorum ſummã religionem itactos reliquiſſe feruntur. In ſacris quoq; codicibus noſtris idẽ ferme traditur. In libro nãq; Geneſcos legimus:ſuperioribus ſæculis tam uaſtã tamq; inauditã famẽ uniuerſum orbem inuaſiſſe: Vt nuſq̃ pene frumenta ſeu cibaria alia inuenirẽtur:quibus indigentium poſſet inopiæ ſubueniri. Ea itaq; famis rabies:ægypti maxime regionẽ uehementer oppreſſerat:& in ea crudelius ac dirius craſſabatur: Adeo ut eiuſdem regionis incolæ prædia ſua:poſſeſſiones recta:oẽmq; ſuppellectilẽ pro emendis alimentis diſtrahere cogerẽtur. Quæ cũ ob famis diuturnitatẽ atq; ſæuitiã: eos quoq; defeciſſent:poſtremo ne ob ciborum inopiã miſero cruciatu:& inaudito mortis genere uita excedere cõpellerentur:ſeipſos quoq; poteſtati regiæ addixere Quam obrem Ioſeph ille ſanctiſſimus regis p̃fectus cum iam immẽſam

sacerdotes oium maxima.

Ptholomeus secundus

Cambiſes.

Hercules.

Dionyſius.

Geneſis liber.

Ingens fames.

Ioſeph patriarcha.

annonæ ad hoc ipſum copiam ante præparaſſet omnē ter rā ægypti ſacerdotali dūtaxat excepta cūctoſq; populos ſub poteſtate redegit Pharaonis. Ex quo quidē tēpore uſq; ad Moyſem ſacro id atteſtāte elloquio quinta pars omnium fructuū in tota ægypti regione regibus ſoluebatur. Quæ aūt ad ſacerdotes tēplorūq; cultores ptinebant: ea prorſus ab hac lege immunia pmanſerūt. Nō ſolū.n. ingētia illis pdia cōtulerat Pharao: Verū etiam ex publicis horreis toto famis tēpore ſtatuta illis cibaria pbuit. Qua pp nequaq̄ ſicuti cæteri omnes poſſeſſiones ſuas ac utenſilia reliqua uendere cōpulſi ſunt. Quid Romanos cōmemorē? Non ne apud illos ampliſſima ſacerdotia ſacrorū miniſtris cōſtituta erant? Nō ne ſummū illis ſtudiū ſummaq; ſemp uigilantia fuit non ſeruādæ ſolū uerū etiā amplificādæ religiōis? Omnia nāq; ut placet Valerio. Max. poſt religionē ponēda illa ciuitas duxit: adeo ut ipſis ſacris ſummi quoq; magiſtratus ſeruire non dubitarent. Ita demū ſe humanarū rerū imperiū ac principatū aſſequuturos exiſtimabāt: ſi diuinæ potētiæ religioſe fuiſſent famulati. Verū qd nunc iſta ulterius pſequar: cum oia nō ſolū ſacrarū litterarū: uerū etiā barbarorū uolumina iſtiuſmodi monimētis & exēplis plena ſint atq; ex omni pte referta? Itaq; uos ea legite: ea pcurrite diligēter: neq; ſicuti aiunt qdā ſacerdotes deiq; miniſtros ueterū exēplo inopes & medicos eē debere cēſebitis. Sed cōtra facilius inuenietis nullum unq̄ tēpus: nullāq; ætatē extitiſſe: i qua ſacerdotes tā illiberaliter & idigne habiti fuerint. At q ſi priſci tā diligētes tāq; religioſi i errore fuerūt: quales i ſummi uerīq; dei cultu futuros fuiſſe arbitrandū eſt? Quales & nos quoq; eē debemos: qui non falſa idola: nō demonia colimus: ut illi:

Romani in ſacerdotes q̄les Valerius Maximus.

ſed maximũ illum cæli terræq́ ac cunctoꝝ opificē? Quã ob rem uellē ꝑfecto ſereniſſime princeps pro meo in te ac ueſtrã rem Pu.ſtudio:ut & animus tuus:& eoꝝ qui in ea opinione uerſant̃:aliquãdo ad ſalubriora conſilia cap.enda erga templa tēplorũq; cultores:& illis dicata bona reſipiſcerent:& ſi non maiorũ exēplo:At ſaltē recentibus malis ueſtris:& rebus infœliciter geſtis ad id plurimũ excitari debetis. Vereor.n.ego nõ parũ ac pertimeſco:ne ſi diutius uobis ea mens idēq; propoſitũ inſederit:pati etiã acerbiora cogamini cum melioris ſententiæ uiri nõnulli ea uobis ꝑmittãt. Sic.n.& cõpluribus aliis infœliciter accidiſſe memoriæ ꝓditũ eſt. Refert ſiquidē diuus Auguſtinus in eo quē de ciuitate dei edidit libro. Cũ Rome peſtilētia q̃dam grauiſſima mulierũ ſimul ac pecoris exorta fuiſſet: adeo ut ꝑmorientiũ multitudine iam defectuꝝ genus animaliũ crederet̃. Hiems inſup illa tam incredibilis frigoris immanitate ſæuiret:ut horrēdæ altitudinis niues ꝑ dies q̃draginta ꝑter ſolitũ in foro durauerit:& Tiberis plurima glacie cõſtringeret̃:tum ferũt fuiſſe reſponſum:ꝙ ea eēt peſtilētiæ cã qa plurimas ædes ſacras multi priuati occupatas tenerēt. Quibus poſtmodũ reſtitutis:tũ demũ tot clades:tot ꝓdigia ceſſauere. Quintus ēt Fuluius flaccus auctore Valerio memorabile ob cõtēptã religionē exemplũ poſteris dereliqt. Hic.n.q̃uis cēſor:nequaq̃ tñ tulit ipune:ꝙ in eo ipſo magiſtratu tegulas marmoreas ex Iunonis Locriæ tēplo i eã q̃ Romæ extruxerat ædē fortũæ ipſe trãſtuliſſet. Nã poſt hoc factũ haud imerito aduerſa ē mētis ualitudie captus:neq; deiceps ferũt rõnis uſum habuiſſe:ſed ꝑ ſummã animi egritudinē eũ paulatim cõtabuiſſe ac miſerrime expiraſſe memoriæ traditum eſt:cum ex duo

.S.Auguſtinus.

Peſtilentia ex retētiõe bonorũ eccleſiaſticorum.

.Q.Fuluius flaccus obcecatus ꝑꝑ direptionē ſacrorum.

bus filiis in illirico militātibus alterum audiſſet e uita migraſſe:alterum uero crudeli morbo affectū grauiſſime torqueri. Quo quidem caſu Senatus Populuſqꝫ Romanus nō mediocriter cōmotus decreto cenſuit:eaſdem tegulas fore locris deferēdas:ut eo pacto & impiū cenſoris opus emēdaretur:& præclarū poſteris exemplū præberetur:immortali deo ſemel dicata haud unq̄ eſſe abſqꝫ nefario ſcelere ſubmouēda:aut in alios etiā honeſtos & optimos uſus trāſferenda. Si qui uero religione poſt habita id impie præſumpſiſſent nō ſine graui ſtomacho Senatus ſe id patraturos cognoſcerent:meritaſqꝫ pœnas ſe quādo que daturos.

Ageſilai religio magna in tēplis

Cōtra uero de Ageſilao clariſſimo imperatore ab Xenophonte philoſopho egregie luculēterqꝫ deſcribitur: ꝙ ipſe ſemper templa quæ etiā erāt inter hoſtes ſummo ſtudio ſummaqꝫ diligentia uenerabat̃:exiſtimans immortalē deū nō inter amicos ſolū ſed etiā inter hoſtes pia religiōe colendū. Pariqꝫ modo dei ſupplices atqꝫ cultores etiā inimicos nullo penitus pacto uexari patiebat̃. Abſurdū ꝗppe ac immaniſſimū ſcelus eſſe dicebat:ut quicq̄ ex tēplis delubriſqꝫ diuinis unq̄ demeretur:aut eorū ſacerdotes dāno ſeu aliquo afficerētur incōmodo.

Mitridates a Lucullo ob tēplū Dianæ expoliatū ꝓfligatus Ciziceni

Qua ꝓpter capitali admodū odio tales impios taleſqꝫ ſacrilegos ſemp inſectabat̃. Hoc nāqꝫ pacto & hoſtes debellare & exercitū ſuū ſtrenue deducere poſſe ſpabat. Quod quidē ita eē ex eo facile ſatis coniici pōt:qđ de Mitridate i uita Luculli a Leonardo Iuſtiniano nobili cōpatritio ueſtro e græco in latinū traducta ꝑclare deſcribitur. Dū.n.hic pedeſtribus naualibuſqꝫ copiis urbā Cizicenorū Populo Ro.confederatā ingenti manu eſſet aggreſſus:oborta illico tēpeſtate deficientibuſqꝫ cibariis a Lucullo turpiter ꝓfligatus eſt: ma

xima exercitus ſui parte in ea pugna trucidata atq; cõſumpta. Mitridates uero dum ſaluti ſuæ ſola fuga cõſulere nititur: tam ualida itez tẽpeſtate obrutus eſt: ut relicta naui quæ ob procellæ magnitudinem: iam naufragiũ ſubitura uidebat' ſe ſe neceſſitate coactus pirratis cõmitteret. Eam uero tantã cladẽ tãtamq; calamitatẽ ferunt non immerito illi intuliſſe Dianã: quã ueluti deam & aliqd i ſe numinis habere arbitrabãtur: quia uidelicet impiis manibus maxima cũ religionis iniuria atq; dedecore eius teplũ expoliare: eiuſq; ſimulacrũ inde detrahere pſumpſiſſet. Non minus ſane horrendũ in Romanorũ exercitu ob ſimilẽ cãm aliud cõtigiſſe memorat'. Nã cũ Carthago illa Romanis inimiciſſima ui tandẽ ab eis eſſet oppreſſa: Romanus miles quidã contẽpta religione in ea ipſa urbis direptione ſacrilegiũ perpetrare nõ timuit. Appollinis.n.ſtatuã qui ueluti deus ab omnibus colebatur: aurea ueſte nudauit. Sed nefarii ſceleris debita ſupplicitia diutius non effugit. Nã ſapienti iuſtoq; cõſilio egit æquiſſimus deus: ut ſacrilegæ manus inter fragmenta ueſtis inuenirentur abſciſſæ: quo doctiores in poſterũ cæteri redderẽtur: q̃ maxime a rebus ſacris atq; diuinis abſtinendũ eſſet. Ex ſacris quoq; libris iſtiuſmodi exẽpla q̃ plurima afferre poſſumus: pcipue uero uti in Machabeorũ libris continet' pulchrũ nobis ac pclarũ pſtat exẽplum Anthiochus rex ille ſceleſtus: qui tãta ſuperbia: tãtaq; arrogãtia ſe ſupra humanũ modũ extulerat: ut ſibi etiã uideretur fluctibus maris poſſe imperitare: & ipſa cœli aſtra contingere. Hic itaq; cõtempta ueri & æterni dei ſacra religiõe: maximũ illud ac celeberrimũ iudeoz tẽplum ſacrilegis nefandiſq; manibus expoliare nõ timuit. Atq diuinã ultionẽ: quam ſe facile effugere poſſe

Carthago.

Militis cuiuſdã. Ro. manus ob ſacrilegiũ inuẽte abſciſſæ.

Antihocus rex ob cõtemptam religionem a deo pcuſſus.

ſperabat diutius nõ euaſit. Subito nãq; tã dura tãq; horribili pcuſſus eſt plaga: ut de ipiiſſimi corpore uermes ſcaturirent: & horrẽdo admodũ cruciatu uiuẽtes eius carnes effluerent. Hac igitur tã manifeſta tamq; diuina ultiõe cõmonitus ad ſui tandẽ cognitionem deductus ẽ. Poſtremo uero cũ ſuum ipſemet fetorẽ ac cruciatũ ferre nõ poſſet: iuſtũ eſt inquit ſubditũ eſſe deo: & mortalẽ nõ paria deo ſentire. Templũ inſuper cuius paulo ante ornamẽta ac p̃cioſiſſima uaſa impie abſtulerat ſe multis optimiſq; muneribus ornaturũ eẽ ꝓmiſit: ipſoſq; ſumptus ad ſacrificia ptinẽtes de redditibus ſuis ſe cumulate impẽſuꝝ: & ſe inſup iudeũ factuꝝ eſſe ſpopondit. At cũ ob imania ſcelera maximaq; ſacrilegia ſua miſericordiã cõſeq ĩdignus exiſteret ſceleſtẽ uitã digna morte finiuit. Aſt heliodoro regis legato ut in eodem libro legit̃ ſimili cã eadẽ ꝓpe cõtingere. Is nãq; a rege ad diripiendã tẽpli pecuniã miſſus: dum iniunctũ ſibi negotiũ ſtrenue perficere nitit̃: quicũq; eius ſacrilego imperio parere auſi fuerũt: extẽplo diuina quadã uirtute ruentes in diſſolutionẽ formidinẽq; cõuerſi ſunt. Heliodorus aũt e cœlo quodã ſibi numine apparente ſubito in terram deiectus uariis ẽ cõfectus uulneribus: Quã ob rem omni ſalutis ſpe deſtitutus ex eo ipſo loco quẽ paulo ante ſumma ſuperbia ſummaq; iactantia ingreſſus fuerat maxima ſatellitũ ſtipãte caterua a paucis poſtmodum ſemianimis extractus eſt: Sed paulo poſt reddita ſibi ſacerdotum orationibus priſtina inſperataq; ſalute: cum multa nouiſſet infecto negocio ad regẽ cum exercitu remeauit: Vbi cũ ea quæ ſibi apparuiſſent e cœlo: & quæ in ſe ipſo exptus fuiſſet opa magni dei ubiq; priuatim ac publice teſtaret̃: a rege iterrogatus eſt: qs nã hac de cã Hieroſolimã iteꝝ mitti ſibi aptus uideret̃. Si quẽ inqt habes hoſtẽ aut

Anthiochi mors.

Heliodorus.

Heliodorus a deo pcuſſus.

regni tui inſidiatorē illuc eū trāſmitto. Eum.n.ſi tn̄ uiuus euaſerit flagellatū recipies:q̄ in eo ipſo loco uere ſit q̄dam uirtus cœleſtis atq; diuina. Nā maximus ille cœli terræq; creator:q ſummo cōſilio ſummaq; ſapiētia oia regit moderatᵉ atq; gubernat eiuſdē loci cuſtos:acerrimuſq; defenſor exiſtit. Quicūq; igitᵉ ſpreta religiōe uim aliquā eidē itulerint:ipias ue i eū manus iniecerint:nequaq̄ ſibi putēt ipune futuꝝ. Tales &.n.eo uſq; inſequitᵉ:uariiſq; calamitatibus & cruciatibus afficit:quoad perpetrati facinoris luāt meritas pœnas atq; ſupplicia:huius uero rei ego ipſe optimus teſtis exiſto:q hac de re paulo an̄ in me metipſo periculū feci. Vereor ꝑfecto Sereniſſime princeps:ne qđ Heliodoro accidiſſe diximus:id quoq; qui ſacraꝝ reꝝ tributa exigūt aliquādo iſœliciter eueniat:tū qdem qa id agunt:a quo ſi recte ſaperēt ꝓculdubio abſtinerēt:tū uero maxie qa id ipſum a pleriſq; ſūma imodeſtia:nullaq; religiōis aut iopiæ habita oṙōne agitᵉ.qđ tā ab illius ueſtri iclyti ſapiētiſſimiq; ſenatus uolūtate lōge arbitror abeſſe. Vt ſcilicet in huiuſcemodi exactiōibus ſacerdotes:deiq; miniſtri:q ꝑpetuo ſtudio cultui diuino ꝓ oium ſalute uacāt:aliquam prorſus iniuriā patiantᵉ. Veꝝ id priuatoꝝ cōſiliis fieri magis aſcripſerim:qui hoc quidē pacto hocq; ihoneſto miniſterio illuſtriſſimo Senatui ueſtro gratificari cupiūt. Qua pp ſe i exigēdo auſteros rigidos & i humāos p̄ſtare conatᵉ Niſi.n.ad diē p̄fixū pecuniæ p̄ſto ſint:ad ſūt ſæui exacto rū miniſtri:i miſeros ſacerdotes impetū faciūt:cōuitiis lacerant:obprobriis onerāt:cōtumeliis uariiſq; calūniis ſauciant: Eorū ſubſtātiā ac ſuppellectilē aſportāt:diripiūt:auctionibus uendunt:plus fere in p̄dam q̄ inſolutionis ſortem cedit. Heu omnibus retro ſeculis inaudita impietas.

Heliodori uera cōfeſſio.

Experto credēdū tibi.

Qualiter habeatur ſacerdotes horū tempo rum.

O ſumma crudelitas omni ſupplicio uindicãda. Hæc ne xp̃iano nomini conuenire cẽſenda ſunt? Exiſtimare debemus deũ tãta facinora cõtẽnere poſſe? Cætera qdẽ peccata & ſi grauia: ueniã tamẽ aliquãdo placato deo cõtritiõe merent: Sed ubi rebus ſacris uiolentas manus inieceris: tũ deniq; deũ iratũ expaueas. Adeſt. n. ſubito uindex ĩpietatis: ac debitas pœnas illico diſtricto & horrẽdo iudicio repoſcit. Nunc uero ad huis rei maiorẽ: certiorẽq; ſcientiã ſatis cõmode referri poſſet infœliciſſima. Cn. pompei clades atq; iactura: cui primo tãtũ fauit atq; arriſit ſecũda fortuna: ut iuxta Ciceronis ſniam nemo unquã tã imprudẽs arbitrandus ſit aut fuerit: qui a deo ĩmortali tot ac tantas res tacitus auderet optare: quot & quantas ad. Cn. Põpeium pleniſſime deus ipſe cõtulerit. Verum tamẽ quia ſecundum Liuiũ patauinũ ac Ioſephum totius hebraicæ hiſtoriæ ſcriptorem luculentiſſimum templi Hieroſolimitani facultates ac dona ꝓfana impietate diripere conatus ẽ: miſerandũ ſibi poſtea exitũ cõparauit. Quã enim triſti ac infœlici pugna in Theſalia aliiſq; locis cum Iulio Cæſare decertauerit: nec nõ q̃ miſerabiliter a puero Ptolomeo in quo maximam ac præcipuã ſpẽ collocauerat occiſus atq; truncatus fuerit ſatis exploratũ habemus. Paria ac ut ſic dixerim ſororia iſtis etiã. M. Craſſo contra Parthos Romanis in feſtos bellũ gerenti euenere. Is enim ad bellũ ꝓficiſcens cum illud idem iudeoꝝ templũ dirripuiſſet: atq; ſicuti Ioſepho placet inter cætera aureã trabẽ templi cẽtũ & quinqnaginta minarum auri cõfregiſſet: & in militum ſumptus impie cõuertiſſet: adeo infœlici poſtmodũ & infauſtiſſimo bello contra ipſos Parthos decertauit: ut inter maximas ac grauiſſimas Romanoꝝ clades ac iacturas nõ

Cn. Pompeius.
Cicero.
Liuius
Ioſephus
Pompeii exitus ob templum Hieroſolimis expoliatũ.
M. Craſſus.

immerito cõnumeret̃. Primo.n.filius optimæ indolis ante cari parentis oculos Parthicis telis extinctis eſt. Plurimæ deinde pulcherrimæ legiões totius Romanæ militiæ decus miſerabili ſunt ſtrage cõfectæ. Multa p̃terea eorum ſigna hoſtilibus manibus intercepta:reliquus uero exercitus q tantæ cædis ſupſtes extitit quo quẽcunq; rapuit fuga in Armeniã Ciliciã Siriamq; diſtractus eſt. Poſtremo Craſſus ipſe ſatis qdem iuſto optimi dei iudicio ab hoſtibus captus crudeles ſibi magis delegit manus inicere:q̃ uiuus barbaroꝝ manibus turpiter abduci: Nã uirgã quandam qua equũ urgebat in oculũ ſuum ipſemet altius impreſſit: Sicq; confoſſus duro mortis genere.impiã aiam efflauit. Cum uero ꝑditũ eius caput una cũ dextera manu a barbaris eſſet abſciſum:& ad regẽ Ariſtonicum deportatum:ſummo hoſtibus ludibrio fuit:& uti uiro de rebus ſacris peſſime merito auꝝ liqdum in os eius iuſtiſſime infuſum eſt: Vt cuius animus nefaria ſacri auri exarſerat cupiditate:etiã eius mortuũ & exangue corpus auro ipſo adureret̃. Talia ſunt igit̃ munera:talia premia:taliſq; mercedis retributio eoꝝ qui res ſacras diuino cultui dedicatas dirripere ſibiq; uendicare:aut in alios eas uſus diſtrahere p̃ſumunt. Veꝝ ſicut iſtis ob contẽptã religionẽ graues ultiones legimus inflictas:ita quoq; piis cultoribus ingentia p̃mia fœliceſq; rerũ ſucceſſus æquiſſimo dei iudicio fuiſſe cõceſſos. De Alexandro quippe Macedone inuictiſſimo rege memoriæ ꝓditũ eſt:eum erga res ſacras cerimoniaſq; diuinas liberaliſſimũ ſemp ac munificentiſſimum extitiſſe. Cum enim adhuc admodum iuuenis eẽt ætate inter ſacrificandum utraq; manu thura ac p̃cioſa odoramẽta pro ipſis ſacrificiis diuinis excipere:tum Leonidas inqt. O Ale

M. Craſſus ob tẽpli hierosolimitani direptionẽ ꝓpria manu cõfoſſus.

Craſſi mortui in os ob maiorẽ uindictã aurum liquidum fuſum.

Alexãder in res ſacras liberaliſſimuſ

Leonidæ in alexandrũ redargutio.

xander cũ tertis ferẽtibus aromata iperitabis:hoc pacto tã large tãq; effuſe euaporare poteris. At impſentiaꝝ cõſulte rebus utere partius. Tũ Alexãder. O Leonida id a te potiſſimũ expeto: Vt ſi ſecũda peroptas:cũ ſacris numinibus parcus eẽ deſiſtas.

Alexãdri pulchra reſpõſio. Aurea uerba.

De eo quoq; i Ioſepho legit:ſicut & in aliis quoq; ueteribus hiſtoriaꝝ monimẽtis paſſiũ tradit: multa ac inſignia ſacratiſſimo illi iudeoꝝ tẽplo eum munera cõtuliſſet:& maximo deo noſtro:ꝓpriis manibus immolaſſe. Tãto inſup honore:tantaq; reuerẽtia Iaddũ ſummũ illius tẽpli ſacerdotẽ ꝓſequutus ẽ: Vt etiã humi ſtratus cũ adorarit. Iuſſit deniq; ut idẽ ſacerdotes:tẽpliq; miniſtri,quicqd uellẽt libere poſcerẽt. Inter cætera itaq; ingẽtia dona:hoc quoq; illis cõtulit:ut gẽti illi ppetuo patriis liceret legibus uti:nec nõ ut p ſeptẽ ãnos:uniuerſa iudeorũ gens ab oĩ prorſus tributoꝝ onere libera eſſet:& immunis. Poſtremo uero ſtatuit:ut quiſqs ex hæbreoꝝ gente ſecũ militare decreuiſſet:ſumma humanitate:ſummoq; ab oibus honore coleret. His itaq; oibus hoc modo peractis quaſi diuina uirtute cõmunitus:magno tũc aio aduerſus Indos ſtrenue mouit exercitũ:ſummaq; & incredibili celeritate Porrũ illũ potẽtiſſimũ:ac pene inſuperabilẽ indorũ regẽ inſigni uictoria ſuperauit. Nõ poſſum ꝓfecto hoc loco inſignẽ illũ Themiſtoclem nõ ſummis attollere laudibus:quẽ inter cæteras eius illuſtres: maximaſq; uirtutes: quibus egregie pſtitit hac pcipue religiõis:diuinarũq; rerũ obſeruantia cæteros ætatis ſuæ uiros antecelluiſſe conſtat. De eo quippe memoriæ ꝓditũ ẽ:q cũ a publicis rebus gerẽdis uacuus eẽt ſi quid ſibi ocii daret:illud plerũq; ad ſplẽdidos ſacraꝝ ædium apparatus:& deoꝝ tẽplis affixa donaria:curioſe & accurate uiſenda cõferre ſolebat,

Alexãdri i ſacerdotẽ iaddũ ingens humilitas.

Alexãder pp ſacerdotes bene habitos: Porrũ Indoꝝ regẽ uicit

Themiſtocles oium ætatis ſuæ religioſiſſimus.

Q uare omni diligentia:omniq; cura inſpectabat:ne quid
unq̄ quis demoliret̄:ne quis uſq̄ deeſſet:qđ ad deoꝝ reli
gionē:& cultū optime nouerat ptinere.Q uā ob rem ſi ii
de quibus nūc diximus tam deuoti:tamq; religioſi ſupſti
tioſe diis falſis obſequendo fuerunt:q̄to magis nos Chri
ſtiani id agere debemus:qui ueri & æterni dei cognitionē
tenemus?Q ua inq̄ cura:qua diligentia:quo ſtudio: quo
conatu:qua pietate:& obſeruantia excolenda nobis eſt ue
ra & indubitata religio?Q ua uerus ille cœli terræq; crea
tori:& rector colitur:& adoratur.Q ui nō ſolū nobis cun
cta hæc terrena:ac temporalia bona:fœliceſq; rerum euen
tus ſine cuiuſq̄ adminiculo iugiter preſtat: Verum etiam
animis ipſis:cum e corporum cuſtodia exceſſerint beatā
immortalitatem:ac æternam tribuit fœlicitatem ſi tamē ui
tam hanc recte laudabiliterq; duxerimus:quæ quidem dii
illi gentiliū non ſolum cultoribus ſuis preſtare non pote
rant:Verum etiam in nullo prorſus abſq; dei nutu illis ꝓ
deſſe aut obeſſe ualebant.Si qua uero commoda:aut etiā
detrimēta eos aliquando hominibus leg mus intuliſſe id
ſolius dei:& eo quidem equiori quo ſecretiore euen ſſe p
miſſione firmiter ſentiendum eſt.Neq; enim quicq̄ in hoc
mundo fieri aliquando poteſt abſq; eius imperio:qui ſo
lus eſt omnium rerum fons:origo:primumq; principium:
qui ſolus hunc mūdum regit:moderatur:& mouet.Q uo
circa lōge quidem maiori ſtudio propēſioriq; diligētia no
bis enitendum eſt:ſi deum ipſum bonorū omnium largi
torem optamus habere propitium:ut religionis ac diuini
cultus itegritas accuratius obſeruet̄:ne quid impium er
ga tēpla:ac deo dicata bona:ne quid a nobis erga ſacerdo
tes:deiq; miniſtros peragat̄ indignm.In quod quidē im

Q ualis eē debet qui deū uult habere propitim.

pietatis genus ſi quando ꝓlabimur certo nouerimus ea-
dem nobis infligēda eſſe ſupplicia:quæ falſos illos deos:
immo uerū deum p ipſos cōtemptoribus ſuis intuliſſe an
tea diximus:& eo quidem atrocius & grauius:quo maior
eſt:ac ſceleſtior offenſa ueri ſummiq; dei q̄ demonū falſo
rūq; deorū.Quā ob rem animaduertite nunc quæſo Cla
riſſimi Veneti.Animaduertite inq̄ æquo:claroq; ratiōis in
tuitu:q̄ proſpere ac ſecunde:deum ac ipſa dicata bona ue
nerantibus omnia ſucceſſere:Quā etiam infœliciter:con
tēnentibus:uel impie profanantibus:neq; mirū uobis ꝑ-
fecto uidebitur:ſi parū ꝓſpere uobis res ueſtræ ſuccedūt:
ſi qua incōmoda:ac pericula:ſi quā cladē:ac calamitatē:ſi
quam iacturam & preſſuram ſuſtinetis. Non.n.eiuſmodi
ſunt hæ ueſtre diuinaꝝ rerum exactiones:quæ uobis dei
oīpotentis auxilium implorēt.Nō quæ imminentē uindi
ctam & ultionē auertāt.Nō tales proculdubio ſunt quæ
uobis uictoriam ac fœlicem euentū belli ꝓmittere queāt.
Longe profecto uos ueſtra fallit opinio:Si ſic opinamini:
ſi ſic uobis perſuadetis ueſtro(mihi credite)uos inq̄ ue-
ſtro mucrone conficitis.Neq; enim hæ uobis ut antea di
ximus:aliquod afferunt adiumentum ſed magis perinde:
ac letale uenenum plurima detrimenta:maximaſq; iactu-
ras.Non hæ deniq; diuinam iram demulcent:ſed prouo-
cant magis:& aſſiduis clamoribus expoſcūt. Legimus ſa
ne aliquando apud Trogum Pompeium:uirum eloquē
Trogus tiſſimum:ſummaq; auctoritate conſpicuū:Regem quen
Pōpeius dam gallorum nomine Brenū:cū Macedones bello deui
Brenus ciſſet:q̄ſi terrena iā ſibi ſpolia ſordeſcerēt:animū ad deoꝝ
dux gallo tēpla ſpoliāda cōuertiſſe:ſcurriliter qdē iocatū Locuple-
rum. tes deos hoībus largiri oportere. Cū igitur delphos ad

Apollinis tēplum diripiēdum ꝑperaſſet:ubi maxima uis erat auri:atq; argenti:ſubito exorto terremotu montis nō modica pars abrupta ē:quæ uniuerſum fere gallorū ſtrauit exercitū Dux uero Brenus cū uulneribus plurimis affectus & ipſe fuiſſet:atrocitatēq; doloris amplius tollerare nō poſſet:ſe ipſum ꝓprio pugione peremit:Sicq; ob auſum ſcelus debita ſupplicia:digna morte pſoluit. Pyrrhus uero cū Locrēſes ex theſauro deæ Proſerpinæ:magnā ſibi pecuniā dare coegiſſet. Cūq; hac nefaria pda onuſtꝰ enauigaret:ui ſubitæ tēpeſtatis tota cū claſſe:uicinis deæ littoribus totus illiſus eſt:in quibus deinde reperta pecunia denuo:theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt. Verū quid iſta longius pſequor? Vereor enim ſi cuncta antiquorū exempla huic ꝓpoſito noſtro accōmodata:præſenti ſermone complecti uoluero:me ſcribēdi modū exceſſuꝝ:tot nāq; ſūt: ut pre eoꝝ multitudine uix enumerari queāt. Omitto ita q; illud. Q. Cæpionis exemplū qui cōſul cū tholoſanum oppidū diripuiſſet:multūq; auri:& argenti in eius oppidi tēplis compertū fuiſſet:quiſqs in ea dirreptiōe aurū contingere pſumpſit:horribili ſtatim dolore:ac cruciatu e uita migrādo ꝑpetrati ſacrilegii pœnas meritas dedit. Omitto Xerſem Perſaꝝ Regē:q quattuor armatorum milia miſit Delphos ad Apollinis templū dirripiēdū:atq; uaſtandū. Quæ qdem multitudo ibribus tota atq; fulminibus deleta eſt:penituſq; conſumpta: Vt uel ſic intelligeret Xerſes: quāto maior eſſet deoꝝ iniuria:tāto nullas aduerſus deos eſſe hominum uires:atq; conatus. Quæ ſane uindicta:iis quoq; tēporibus ſatis accōmodari poſſe uidetᷣ. Itidē nāq; uobis fere ſæpius eueniſſe cōſpicimus:ex quo eccleſiarū bona tollere & in ſtipēdia ca militū errogare cœpiſtis. Nō

Brenus ad diripiendum apollinis teplū ꝑperans Dei iudicio uulneribꝰ multis affectus ſe ipſum interficit ſtrato prius exercitu.

Pyrrhus ſacros theſauros aſportans naufragium paſſus eos reſtituit.

.Q. Cæpio.

Vindicta īgēs in ſacrilegos.

Quatuor milia

ſolum enim:ut uos metipſi quoq; optimi teſtes eſſe poteſtis:onerariæ naues ingenti bellico apparatu:multis uariiſq; bellicis ornamentis onuſtæ:demiſſis e cælo fulminibus uariis tempeſtatibus:uariiſq; periculis:miſerabile pertulere naufragium. Verum etiã multa hominũ milia:multis incõmodis:ac calamitatibus oppreſſa infœliciter corruerũt:adeo ut nulli uel pauci admodũ:quos ad hoc bellum contigit ꝓficiſci ſalui incolomeſq; redierint. Vnde quæſo Clariſſimi Veneti hæ tãtæ clades? Hæ tãtæ hominum cedes? Vnde tot incõmoda:& aduerſa? Niſi ꝓpterea ꝙ nõ aduerſus hoies tantũ:Sed aduerſus deũ:eiuſq; cultũ geritur hoc bellum? Sed de hoc ſatis. Nunc enim ad hæc tẽpora noſtra cõuertenda eſt oratio:& domeſticis exemplis claudẽda. Nõ ſolũ enim antiquorũ nobis exẽpla ſufficere debẽt:ſi & noſtra quoq; cõmode afferre ualeamus:Preſertim cũ multos dicturos nõ dubitẽ. Cur nobis gentiliũ:totq; ſcæleſtiſſimorũ deorũ exempla ꝓponis? Cur inq̃ nobis eorũ q a uera erãt diuinitate ſemoti:ultiones adducis?

ad ſpoliãdũ Apollinis templũ miſſa fulminibus deleta ſunt.

Quibus cõmode ſatis & opportune reſpondendũ eſt:a me id circo iſtiuſmodi deorũ exempla cõmemorata fuiſſe: Vt facilius inde:planiuſq; perciperemus:q̃ acerrimus ſui ipſius uindex eſſe debeat noſter imo omniũ deus in eos: qui cultui ſuo dedicata bona impie diripere:& in alios ea uſus transferre preſumũt. Ex quo ii q falſo dii uocitabantur & erant:qq; omni prorſus diuinitatis numine carebãt: tam ſæuas ultiones:tamq; pnitioſiſſimas clades:ob eorũ ſpretã religionẽ:ac ſacrarũ rerum impiiſſimã direptionẽ. Tales inq̃ dii:immo uero magis deus ipſe per eos tradit intuliſſe. Cur aũt id fieri pmiſerit æquiſſimus deus:ut hi qui demones magis erant q̃ dii:ab hominibus tã graues:

Qualis deus noſter in ſacrilegos erit:cũ ii q nõ ſunt dii tales fuerint.

tamq́ꝫ manifeſtas pœnas exigerẽt:ea potiſſimũ ratio fuit: quia nimirum quod erat in eis uerã religionẽ uerãq́ꝫ diui nitatẽ cõtẽnebant:quando ea ipſa idola uariis ſacrilegiis: & impietatibus aſpernabant̃:quæ licet falſo:Veri tamen dii uulgo credebant̃:& ab his maxime:q facinora talia ꝑpetrabãt:& nõ nihil numinis p̃ſeferre uidebãtur.Q uã ob rem diuinitas ipſa iſtiuſmodi contẽptus:& iniuriæ debita ſupplicia:haud immerito repoſcebat.Cũ nunc uero talis ignorantiæ remota caligine:p huiuſcemodi ſcelera directi us contẽnat̃:grauiora quoq́ꝫ:& acerbiora tormẽta ſuis cõ temptoribus infliget.Sed nũc tandẽ ad noſtri tẽporis ho mines unde digreſſi ſumus reuertat̃ oratio.qd igit̃ cladis & infœlicitatis impiiſſimo Federico ſecundo cõtigerit:ob eccleſiæ uiolatã libertatẽ:id nequaq̃ opus eſt multis uer bis exprimere.In.n.unicuiq́ꝫ hiſtoriarũ perito ſatis eſt co gnitum.Nã cum ab Innocentio Pontifice tertio:ad impe rii dignitatẽ euectus eſſet:crucemq́ꝫ pro expeditione con tra Chriſtianorum hoſtes aſſumpſiſſet:tum inſano atq́ꝫ pe ſtifero ad ſui ruinam ſuſcepto conſilio:in eccleſiaſtica: ac deo dicata bona cõuerſus:ea dirripere & in ꝓfanos uſus trãſferre nõ timuit.Hinc itaq́ꝫ ad eã uſq́ꝫ cecitatẽ:ac nefan dã rabiẽ prolapſus ẽ:ut cũ maximo Egypti principe: quẽ Soldanũ uocitãt:ad religiõis:& eccleſiaꝝ euerſiõem::ſacri legas pactiões inierit: cõſenſeritq́ꝫ ꝓrſus a qbus religioſæ ac xp̃iane mẽti ſũmopere eẽt abhorrẽdũ.Atq debitas pœ nas ꝑpetrati ſceleris diutius non effugit.Nã poſt moltaꝝ urbiũ dirreptionẽ:poſt multas atq́ꝫ diuturnas cũ Roma na eccleſia diſſẽſiões:poſt inumeras ſacraꝝ reꝝ p̃das:poſt multa deniq́ꝫ:ac imania ſacrilegia ꝓpriũ filiũ ſuſpitiõe af fectati imperii teterrimis carceribus adactũ crudeliter diẽ

Federicus ſecũdus.

Soldano Aegypti princepſ.

Federici ſecundi ob ſacrarum direptionem exitus.

ſuum obire coegit. Ipſe deniq; grauibus eccleſiæ cenſuris
affectus execrabiliter uti par erat a Manfredo naturali fi-
lio ſuffocatus eſt. Nõ pretermittam hoc loco Carrarieñſiũ
principum in ſimili impietate non diſſimilem calamitatẽ:
nam cum rerum ſacrarum uſum ob peſtiferꝝ ab eoꝝ emu
lo acceptũ conſiliũ ſibi ipſe uẽdicaſſent: ĩperiũ poſtea ac

Cararienſes principes.

ipſam celeberrimã urbẽ patauiũ: & natura: & ope munitiſ
ſimã: quæ uix expugnari poſſe cẽſebat: facilime amiſerũt.
Neq;.n.mẽtitus ẽ ille q ait Niſi dominus cuſtodierit ciui

Patauiũ a carariẽſibus amiſſum ob rerũ ſacrarũ uſum ſibi uẽdicatum.

tatẽ fruſtra uigilat q cuſtodit eam: & niſi dominus exerci
tũ iuuerit: in uanuũ ꝓfecto laborat: q illum prudẽtia ſua
deducere nitit. Sic illa quoq; ſancta Iudith cũ inſolentiſſi
mi caput Olofernis ꝓprio eius mucrone detrũcaſſet: egre
gie domino pcinebat. Nõ in multiudine eſt uirtus tua do
mine: neq; in equoꝝ uiribus uoluntas tua: ſed humilium
ſemper & manſuetoꝝ tibi placuit deprecatio. Quã obrẽ

Iudith.

ſi uos quoq; in maximo ac ſplẽdido nauiũ apparatu ſpem

Olofernes.

ueſtrã locaueritis: neq; bonis operibus ac ſacrarũ rerũ dili
gentiore cultu deũ placare cõtenderitis: ſatis ꝓfecto perti
meſcendũ eſt: ne irato eo fruſtra uobis belli uictoriã ꝓmi

Dauit

ſeritis: Cum iuxta illud inſigne oraculũ inuictiſſimi Dauit
in domino magis confidendũ ſit atq; ſperandũ. Sic quip-
pe dicebat. Hi in curribus & hi ineqs: nos aũt in nomine
domini dei noſtri uictores erimus. ſic ꝓfecto maiores ue-
ſtri hoſtes ſuos terra mariq; ſtrenue debellarunt. Sic cre-

Optimũ cõſilium priſcorũ uenetoꝝ.

bras uictorias ac glorioſa retulere trophea: ceteꝝ conſiliũ
nunq̃ inire uoluerũt: ut res ſacras: ac religioſorũ bona cõ
tingerent aut bellicis ea uſibus traderent. Percurrite uos
iſtorias ueſtras Annales et monumẽta uerſate: nunq̃ illos
inuenietis: ex rebus ſacris belli ſibi paraſſe ſubſidia. Poſtre

mo uero ante oculos uobis Philippi Mariæ recens propo natis exemplū:q cum ſecūdos admodū in rebus ſuis ſucceſſus habuiſſet:& oīa ſibi pene ex ſnīa cōtigiſſent. Ad eā deinde inſaniā:eamq; demētiā animū inclinauit: Ut eccleſiaſtica bona ſibi abſq; timore uēdicare pſumeret. Sed ecce q̄ pulchre debitas pœnas exſoluit: Non ſolū.n.multis: aſſiduiſq; bellis defatigatus imperii ſui partē non modicā amiſit:& inimicos ſuos prope mœnia propriæ ciuitatis diſcurrētes audiuit. Ve℞ etiā in corpore ſuo graues:acerboſq; ptulit morbos:adeo ut lumine oculo℞ orbatus infœlicem admodum lōgo tpe egerit uitā. Q uē uero exitū habuerit eius iperiū:quo ue pacto illius illuſtris familiæ poſteritas extincta ſit nullaq; in eo relicta ſit dominii ſucceſſio unicuiq; ob rei ipſius recentē memoriā ſatis pōt eſſe pſpicuum. Q uorſum igit tam multa tam lōgo ac uario ſermone cōſcripta? Q uorſum tam innumera gentiliū & paganorū pariter ac Chriſtiano℞ exempla? Hæc omnia nēpe Sereniſſime Princeps Voſq; Clariſſimi Veneti ꝓ meo in ueſtrā rem Pu. ſtudio:& amore cōmemoraſſe:ac breuiter perſtrinxiſſe uolui:tum quidem:ut eo℞ animus:qui in hac ſacrarū rerum rapienda℞ opiniōe uerſantur:& priſcorum exemplis:& rebus a ſe ifœliciter geſtis ad ſaniora:meliōraq; conſilia capienda reſcipiſcat: Tum uero ut unuſqſq; optime intelligat:nullum unq̄ non ſolum noſtro℞: Verum etiam antiquorum tempo℞ inuentum fuiſſe:qui deo dicatis rebus:impias quādoq; manus admouerit:cui lōgo tempore res ſuæ proſpero:fœliciq; curſu ſucceſſerint: aut is non ſtatim meritas pœnas exſoluerit. Q uod utinā a uobis imperioq; ueſtro auertat clēmentiſſimus deus. Q uas ob res ne in lōgum nimis noſtra protendatur oratio. Ve-

Philippus. Maria.

Philippus. Maria: et regni māxima pte et ſanitate corporali:et poſteritate familiæ ſuæ ob ſacrorū diſreptionē priuatus.

Nullus unq̄ ſacrilegus diu de ſacrilegio gauiſus.

reamini & uos Clariſſimi Veneti ſi in hoc ueſtro propoſi to diutius perſtiteritis:ne tot impendẽtibus malis ac peri culis:grauiora etiã ſubire ac tolerare cogamini. Non arbi tremini id uobis magis q̃ cæteris impune futurum: Lento enim gradu ad ſui uindictam diuina procedit ira:tarditatẽ q; ſupplicii pœnæ grauitate compenſat. Nunq̃ profecto a præſtantibus in re publica gubernanda uiris laudata ẽ in una ſententia immota permanſio:Sed ueluti in nauigãdo ſi portum tenere non queas tempeſtati obſequi artis eſt: Cum uero id mutata uelificatione aſſequi ualeas:ſtultum profecto eſt:& inſanum eum cum periculo curſum tene re:quem prius cœperat. Sic nempe:& in adminiſtranda re pu. gerendum eſt. Neq; enim idem ſemper conſilium:ea demq; ſententia ſequenda eſt. Sed quod honeſtum: quod utile:quod fœlicem rei pu. dignoſcitur afferre ſucceſſum. Id certe ſequendum:id amplectendum:& in eo diutius fir miter permanendum. At uero ſi id rei pu. pernitioſum eſſe diſcernitur:fatuum profecto eſſe:ac temerarium unus qſ q; ſane mentis intelliget:id cum periculo ſequi:quod poſ ſis cum ſalute:ac gloria declinare. Nũc igitur clariſſimi ue neti me ſalutis ueſtræ cupidiſſimum exaudite. Vobis ue ſtriſq; rebus melioribus conſiliis ſuccurrite. Venetorũ no men toto orbe celeberrimum:ſanctioribus inſtitutis cuſto dite. Varias uobis impendentes procellas:ac tempeſtates: ſalubrioribus remediis amouere. Vt talibus conſiliis:tali buſq; ſententiis:& rebus ueſtris:& uniuerſæ prouideatis rei pu. Chriſtianæ:Cuius ſalus e ueſtra dependet.

Optimũ cõſiliũ attendite Veneti.

F I N I S .

Queſtio diſputata per. D. Celſum Veronenſem Canonicũ regularẽ congregationis lateranen. uidelicet An aliqua res pu. poſſit conducere iudeos ad fœnerandum ſine peccato: & etiam an Papa ualeat concedere ꝙ id fieri poſſit ſine peccato.

MAXIMA Controuerſia: atq; dubitatio Paduæ fuit: An aliqua res pub. poſſit cõducere iudeos ad fœnerandũ ſine pctõ. Et an papa: uel uniuerſalis eccleſia poſſet id cõcedere fieri ſine peccato. Et quia aliqui theologoꝝ: & canoniſtarũ auſi ſunt temere affirmare ꝙ ſic: ſupponẽtes & affirmantes ꝙ iudei poſſint fœnerari ſine peccato: Ideo primo querendũ eſt: An iudei poſſint exercere uſuras ſine peccato. Primo dicendum ꝙ falſum eſt ꝙ iudeus poſſit exercere uſuras ꝓut uſuræ ſunt: & hoc ſine peccato: imo nullus omnino hoium etiã paganorũ gentiliũ: & quorũcunq;: ratio ẽ quia uſura ẽ cõtra legẽ naturæ quæ oẽs hoĩes obligat & ſemp obligauit & obligabit. Nã cõtra legẽ naturæ nõ cadit diſpẽſatio: qa oẽ decẽs in ea includit̃: Vnde lex naturæ ſecũdũ qd magis obligat q̃ ius diuinũ: Nã cõtra ius diuinũ aliqñ fcã ẽ diſpẽſatio ut patet de ꝑceptis cerimonialibus: ut de ſabbato &ce. Sed nõ cõtra ius naturæ: qa eẽt diſpẽſatio cõtra oẽm decẽtiã cõtra oẽm ordinẽ naturalẽ: cõtra oẽ dictamẽ rõis: & cõtra oẽm mortalitatẽ. Vnde Richardus de media uilla i q̃rto. di. xvii. ar. ii. q. vii. dicit ꝙ oẽ qđ eſt de iure naturæ: ẽ de iure diuino: qa deus creauit naturã: & ius ĩ natura: Sed nõ oẽ qđ eſt de iure diuino ẽ de iure naturæ: ut patet i multis cerimonialibus q̃ aliquo mõ etiã primis principiis naturalibus nõ erãt conformia: ſed magis repugnabant ſecundũ

Ius naturæ quõ megis obligat q̃ iuſ diuinum.

Richardus.

qd:licet non omnimode:Ideo mutata ſunt & potuere mu
tari. Tamen in glo.di.i.c.ius naturale. Videtur etiã poni ꝙ
omne:quod eſt de iure diuino eſt de iure naturæ:ſed non
ibi ſtricte accipitur ius naturæ:ſed large uidelicet inquan
tum etiã natura dictat:ut pareamus deo:quoquo pacto ali
quid p̃cipienti & cet.Ob quam quidem rẽ: quicquid fuit
in lege ueteri:quod fuit ſecundũ ius naturæ propriæ acce
ptum:non fuit mutatum nec potuit rationabiliter mutari:
& modo obligat & ſemper obligabit:nec papa contra tale
Hugo. ius poteſt diſpenſare. Vnde bene dixit hugo de ſancto ui
ctorie li.i.de ſacris par.xii.ꝙ p̃cepta alia ſunt mobilia alia
immobilia:mobilia ſunt:quæ ad tempus ſunt ordinata:im
mobilia autem ſunt:quæ a natura ueniunt:& ad iſtum in-
tellectũ poteſt accipi quod dicit Hoſti.& alii doctores ſu
per.c.conſtitutus de re.do.ꝙ omne indecens:ẽ deo impoſ
ſibile & indiſpẽſabile omnino:& multo magis Papæ: qui
eſt uicarius dei:ut & eius uices agit:ſed tale ẽ illud quod
Anſel- eſt contra naturalẽ equitatẽ.Ob hoc etiã dicit Anſelmus
ꝙ quia mendacium eſt contra naturam adeo ẽ peccatum:
ut deus non poſſit diſpenſare ut dicatur ſine peccato quia
non poteſt recedere a ueritate ſua etc.

SEd modo probandum eſt ꝙ uſura ſit cõtra na-
turam & cõtra omnem naturalem equitatem.
Quia uſuratius uult uendere id qđ non eſt in
rerum natura uidelicet uſum rerum quæ nõ habent uſum
diſtinctum ab ipſius rebus:uel a conſumptione ipſarũ re
rum:aut diſtractione:ut eſt uſus pecuniæ:& frumẽti:& ui
ni quia ipſorũ uſus eſt eorum conſumptio uel diſtractio:
Ariſtoti- nec alio modo poſſunt uti:& maxie pecunia quæ ad hoc
les. inuenta eſt:ut ſit media in cõmutatiõibus:ut dixit Ariſto

tiles primo politicorum &.v.Ethicorum:Vnde talium re rum uſus non poteſt concedi niſi concedatur res:ſeu rerũ dominium quare iſti dicuntur uelle uẽdere bis unam rẽ: uel id quod non eſt.ſ.uendunt uinum & uſum uini ſcorſum:Similiter tales uolunt duplicem compenſatiõem primo pecuniæ ſuæ iam datæ:ad dominium alterius:Deinde uolunt premium de uſu illius pecuniæ:quæ amplius poſt mutuum non eſt ſua.Dicitur etiam uſura contra naturam proprii contractus mutui:quia de natura & eſſentia cõtractus mutui eſt:ꝙ ſit gratuitus Math.x.gratis accepiſtis & gratis datæ.Et Luc.vi.mutuum dantes nihil inde ſperantes nam ſicut gratia non eſt gratia:ſi nõ gratis datur:ut dicit Leo Papa & habetur.i.q.i.c.primo ſic mutuũ non eſt mutuum ſi nõ ſit gratuitum:ſed uſurarius uolens mercedem in mutuo rerum:quæ non habent uſum diſtinctum: ubi etiam datur dominium:peruertit naturam contractus gratuitui mutui in mercenarium:ubi non poteſt eſſe merces:quare agit contra naturalem iuſtitiam ipſius contractus mutui. Math. Luc. Leo Papa.

DEinde uſurarius peruertit dominia rerũ:& agit cõtra dominiũ naturale rerum. Nam de natura & eſſentia contractus mutui eſt:ꝙ transferatur dominiũ in mutuatariũ.i.in eum cui fit mutuũ ut etiam habetur in.l.ii.§. appellata.ff.Si certum petatur. Ethimologia etiam nominis id declarat:quia mutuum dicitur qđ de meo fit tuum:Nam proprie mutuum non fit niſi in rebus ubi trãſfertur dominium:Sed uſurarius poſt mutuum uult dominium in rebus ubi non habet:& propter illud dominium uiolentatum & quod non eſt: uult præmium uſus:Quare iniquiſſime agit contra naturalia

rerum dominia.Sed euertere aut peruertere naturalia & eſſentialia rerum eſt ſolius dei:& non humanæ facultatis niſi inique argentis ergo etc.

Item contra naturam facit uſurarius quia uult uendere homini res ſuas proprias ſcilicet propriam induſtriam: qa pecunia mutuata ex ſe nihil faceret & ſemper mortua eēt: Sed ſi lucratur ex induſtria eſt mutuarii:Sed durum eſt & iniuſtum ac innaturale:ꝙ alicui induſtria ſua propria ſibi uendatur:ſicut iniquum eſſet ſi ſibi uēderetur propria do mus ī qua iam̄ habet dominium:Sed talia facit uſurarius ergo etc.Sed ꝙ illa pecunia ſit omnimode illius q mutuo eam accepit patet:quia ſi immediate eam amitteret in dam num ſuum ſibi cederet: & non mutuantis tanquam rem propriam ammiſiſſet quare etc.

Item uſurarius agit contra naturam quia uult ꝙ res q̄ non faciūt fructum naturaliter faciant fructum:Vnde ab Ariſtotile primo politicorum uſura uocatꝰ partus cōtra na turam:& hoc tangitur ab Ambroſio cum dicitur uſuræ at te nequiſſima:& ex ipſo auro naſcitur aurum:& habetꝰ di. xxxxvii.c.ſicut:Iſte profecto partus eſt partus diabolicus: & non naturalis:immo uere iniquiſſimus.

Ariſtoti- les.

Ambro.

Item poſſet dici ꝙ uſura eſt contra naturam temporis: quia uſurarius uult tempus alteri uendere cum ſit omni- bus cōmune:ut arguitur extra.e.c.conſuluit.nam de con- ceſſione temporis uult lucrum.

Item contra laborem quia uult premium uſurarius ſi- ne labore:Dicitur enim communiter ꝙ omnis labor optat premium extra de re.eccle.non ali.c.ad noſtram et.xii.q.ii. charitatem:ſapien.iii.etiam dicitur bonorum laborum glo

rioſus eſt fructus.Inſti.de legip.pa.§.cognatos.&.ff.com modati.l.ſi is.§.i.ſed fructus uſurarii nõ eſſet bonorum la borum:ſed ſine labore cõtra illud apoſtoli.ii.thi.iii.ſi quis non uult operari non manducet.Volunt ipſi triumphare: lucrari:gaudere:& hoc ex labore & ſanguine pauperũ:De inde uolunt lucrari in die paſche in die natiuitatis domini in die aſcenſionis & nunquã ceſſant a fructu:nec celebrãt dies ſolemnes etc.Concludendo ergo cum uſura ſit cõtra omnem equitatem naturalem non poteſt fieri ſine pecca to: Et ideo dicendum ꝙ iudeis nunꝗ fuit licita uſura: ſed bene pro redemptione rerum ad ſe pertinẽtium:& ſic intel ligitur illud deutero.xxiii.Vt etiam habetur.xiiii.q.iiii.Ab illo:quia illis quibus poſſumus inferre bella poſſumus da re ad uſurã:quia eo modo noſtra redimimus:Ideo a nullo theologorum unꝗ conceſſum inuenitur:ꝙ uſura ut uſu ra fuerit licita:nec etiam ab aliquo canoniſtarum timora to:quia pro iſta ſententia eſt hoſti.in ſumma de uſuris.§. an aliquo caſu uer.octauo:Similiter Io.An.in.c.conque ſtus de uſuris ſimiliter Budrius Car.Zab.et quaſi omnes in capitulo conqueſtus.Idem etiam Ray.in ſumma & Ar chi.in.c.ab illo.xiiii.q.iiii.Sed ſi quis perſeueraret in ſentẽ tia peruicaciter dicendo ꝙ deus permiſerit iudeis uſuram ut uſura:quod tamen non credo:tunc poſſent etiam aliter dici iuxta illud Tho.ſecunda ſecunde.q.lxxviii.ar.primo Tho. in reſponſione ſecundi ar.& in tertio ſententiarum diſtin. xxxvii.ar.ultimo:ꝙ primo accipere uſuram a quocũqꝫ ho mine eſt ſimpliciter malum:debemus.n.habere omnẽ ho minem quaſi proximũ & fratrẽ pręcipue in ſtatu euãgelii ad quem omnes uocantur.Vnde in pſalmo abſolute dici

tur:qui pecuniam ſuam nō dedit ad uſuram etc. Ezechiel
Ezechiel. xviii. qui uſuram non acceperit. Quod aūt iudei ab extra
neis uſuras acciperēt nō fuit eis cōceſſum quaſi licitum:
& tanq̄ res quæ fieri poſſet ſine mortali: ſed ꝑmiſſum fuit
ad maius malū uitandum ne ſcilicet a iudeis deum colēti
bus uſuras acciperēt ꝓpter auaritiam cui dediti erāt ut ha
betur Iſaya. lxxvi. Quod autem ī præmium promittitur
fœneraberis gentibus multis: fœnus ibi large accipitur ꝓ
mutuo ſicut eccleſiaſtici. xxviiii. dicitur. Multi cauſa neq̄
tiæ non fœnerati ſunt. i. nō mutuauerūt: promittitur ergo
in præmium Iudeis habundantia diuitiarum: ex qua con
tingit ꝙ aliis mutuare poſſunt: permiſit etiā eo modo iu
deis libellum repudii: ut euitarent homicidium: Aliud eſt
enim ꝑcipere uel hortari: & aliud permittere. Quod enim
permittimus: nolentes cōcedimus: quia malas hominum
uoluntates ad plenū cohibere nō poſſumus: ut dicit Chri
ſoſtomus et habetur. xxxi. q. i. hac ratione: dicitur etiā ibi
dem ꝙ ea quæ permittimus non approbamus. Ad hoc ꝓ
poſitum facit illud quod dicitur in. c. cum iam dudum de
ꝑben. ubi dicitur: ꝙ multa per patientiam tollerant̄: quæ
ſi in iudicium deducerentur caſſarentur: Cum autem chri
ſtiani poſſint faciliter eorū peccatum impedire: nō debent
inducere uel eos fouere. Alex. etiam de Alex. ī ſumma ubi
loquitur de uſuris tenet ꝙ iudei nunquā potuerūt exerce
re uſuras ſine peccato mortali prout uſuræ ſunt. Et licet
aliqui dicant: ꝙ ſaltem poſſunt moderari uſuræ iudeorum
propter. c. quanto de uſuris ubi prohibentur graues: & im
moderatæ uſuræ: dicendum ſecundum glo. ibi ꝙ nō licet
in malo arguere a contrario ſenſu: deinde ꝙ omnis uſura

eſt grauis:& immoderata:quia ē rapina:ut in.c.ſi quis uſu ram.xiiii.q.iiii.Argumētum etiam ſumi poteſt ꝙ in iudeis ſit ſemper uſura cum peccato:quia etiam poſt bapt. cogū tur reſtituere ſicut & res rapinoſæ: Nam poſt abolitionē peccatorum per baptiſmum alia iuſte acquiſita etiam ſine peccato poſſunt retineri ſed non uſuræ.quia radix putri-da & çum peccato fuit ergo & rami īfecti & cætera. Inno. de tranſ.in capitulo finali.dicit ꝙ quantum ad committē dum peccatum mortale uel remanendum in illo:in his:q̄ pendent a iure naturali in lege diuina:& euangelio contē to:Papa non poteſt diſpenſare:& ponit exemplum de.c. ſuper eo de uſuris.Papa ergo non diſpenſat contra ius di uinum ubi eſt peccatum mortale.Similiter nec contra ius poſitiuum quando etiam non ceſſat iniuſtitia & iniquitas naturalis & cætera.

Secunda dubitatio principalis.

SEcundum dubium an cōmunitas aliqua poſſit conducere iudeos ad exercendū uſuras ſine pec cato communitatis ideſt ipſorum hominum ip-ſius rei publicæ conducentium.

SOlutio huius dubii patere poteſt ex p̄cedētibus quia cooperari ſcienter peccato mortali eſt mor tale ſecundū omnes theologos & doctos cano-niſtas:quod elicitur ex dictis Pau.ad ro.i.Non ſolum qui faciunt ſed etiam qui conſentiunt facientibus digni ſunt morte:ergo quanto magis q inducunt.ubi glo.quam alle Pau.

gat Tho.ſecūda ſecūde.q.x.ar.x.in.i.ar.ubi tractat de tol-lerantia:quam habere debemus circa ritus iudeoꝝ & alio rum infidelium dicit ꝙ peccato conſentire unuſquiſqꝫ di-cendus eſt:qui non prohibet cum prohibere ualeat:ſi non prohibere eſt malum quanto maius malum erit:conſenti-re uel cooperari peccato:quod conſentiens peccet patet. x.q.iii.Q ui conſentit:& tribus capitulis ſequentibus ex preſſe. Primo ergo dicendum eſt ꝙ conducētes quia ex conductione oportet ꝙ paciſcantur de ſolutione uſurarū ꝙ non ſunt liberi ab excōmunicatione: & ex conſequenti a peccato mortali ut per clemen.i.de uſuris: Secundo ꝙ conducētes peccent mortaliter ſatis clare argui poteſt:qa faciūt contra præceptum eccleſiæ extra de uſuris poſt mi ſerabilem:Vbi eccleſia præcipit principibus ſecularibus ꝙ faciant reſtituere uſuras:quas accipiūt Iudei:& ꝙ alias interdicatur eis communicatio omnium rerum cum Chri ſti fidelibus etiam ſub pœna excommunicationis præci-pit eccleſia:Talia præcepta ſecundum theologos & timo ratos canoniſtas ſemper obligant ad mortale quanto ma-gis peccarent conducentes:Secundum theologos ſi prin cipes:uel alii rectores cogunt chriſtianos ad ſoluendum uſuras Iudeis:Ipſi tenentur ad reſtitutionem:Sed tales cō ductores ex tali conductione cogent in futurum ſoluere: quia iam ſe obligant:& obligarent exconuentionibus:er-go faciunt ſe participes futuræ rapinæ:quia uſura dicitur

Ambro. rapina ut habetur.xiiii.q.iiii.c.Si quis:& ē textus Ambro ſii notabilis:& exconſequenti peccant mortaliter quia ra-pina non poteſt eſſe ſine peccato mortali.Guil.dicit ꝙ do mini qui permittunt uſuras exigi a iudeis in terris eorum:

ꝙ ipſi tenentur ad reſtitutionem: quia cum poſſint non compellunt ipſos ad reſtituendum cum ad eos pertineat & teneantur ad præceptum quod habent ab eccleſia:qđ non ſeruando monſtrant ſe habere interpretatum con⸗ ſenſum:iuxta illud non caret ſcrupulo conceſſionis oc⸗ cultæ:qui manifeſto facinori non deſinit obuiare extra de homicidiis ſicut dignum.§.iiii.et ex conſequenti peccant mortaliter ergo a fortiori quanto magis qui cōducunt con uentionem faciendo de uſuris. Et cum mihi a ſeculari⸗ bus frequentius dicitur:ꝙ fit hoc ad uitandum maius de trimentum eorum:& propter multa commoda:quæ pro⸗ ueniunt pauperibus ipſius ciuitatis et cætera. Quibus ſancte eſt dicendum ꝙ nunquam malum culpæ agēdum eſt:ut uitentur omnia mala mundi temporalia : nec etiam ſpiritualia dummodo remaneat ibi culpa:et dei offenſa: Nec eſt aliquo pacto credendum aut arbitrandum:ꝙ ma la debeamus euitare:aut bona debeant nobis prouenire per offenſam dei ſecūdum omnes ſanctos doctores: quia eſſet inferre:aut quod deus non eſſet omnipotens: quia non poſſet ſuccurrere nolētibus eum offendere:aut ꝙ nō cerneret omnia : quia nō poſſet intueri talem bonam mē tem et innocentem : quæ propter eius gratiam nollet cō mittere peccatum ueniale: Aut ꝙ non eſſet ſanctus.quia non delectaretur tali tantaqꝫ innocentia : eiqꝫ ſuccurre⸗ ret : ſed magis ſuccurreret ſceleſtis hominibus quaſi de⸗ lectaretur eorum offenſa : et iniquitate : et hoc ſatis ar⸗ gui poteſt etiam ex textu de uſuris.c.ſuper eo.ubi dici⸗ tur ꝙ ſacta ſcriptura prohibet pro alterius uita mentiri: et multo magis prohibendum eſt ne quis pro redimēda ui⸗

ta captiui uſararum crimine inuoluatur.

Conclusio hæc theologorũ uera eſt & maxime Tho. ſecunda ſecunde.q.xliii.ar.vii.in ſolutiõe. argumẽti.et Pe.de.pal.in.iiii.di.xvii.ar.i.in.vi. q̃ſito.cõcluſione prima ꝙ nullum malum culpæ etiã uenialis ut euitent̃ mortalia ẽ eligẽdũ:quia dei offenſa non eſt eligenda:nec cadit ſub electiõe:nec etiã ẽ aliquo modo debita:ut etiã euitẽtur multa mala.unde Augu.in li.de mendacio & habetur.xxii.q.ii.c.primo.dicit ꝙ omne genus mẽdacii ꝙ alicui ꝓdeſt corporaliter:& ſpiritualiter:& nulli obeſt etiam pro illa utilitate faciẽdum nõ eſt.Vnde concludit Auguſtinus ꝙ ad ſempiternam ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mẽdacio:hæc etiam ſentẽtia habetur a magiſtro ſñiarum in.iii.di.xxxviii.et cõfirmatur a beato Bonauentura:& a reliquis theologis:Auguſtinus ſimiliter ſuper pſalmos & habetur.xxii.q.ii. Ne quis dicat ꝙ bonis & ſcis uiris falſum dicere inuenitur eẽ cõceſſum idẽ etiã habetur ubi ſupra.c.faciat Si ergo iſta non licent:quanto minus licebit uſuræ cooperari cũ ſemper uſura ſit peccatũ mortale. hoc etiam argui poſſet ex c.non magno ne.cle.uel mo.& cetera.Hoſti.etiam & Io. An.in.c.non magno ne.cle.uel mo.dicunt aut aliquid eſt prohibitum lege diuina:ut mendatium:& uſura:& nõ admittitur compenſatio de minori malo ad maius malum: nec de malo ad maius bonũ et hoc per.c.ſuper eo de uſuris et.xxii.q.ii.c.i.Aut eſt prohibitum lege canonica:et tũc põt fieri cõpẽſatio auctoritate Papæ:cũ poſſit tollere peccatũ quod cõſtitutio canonica iduxit:ut in.c.ꝓpoſuit de con.præben.etc.Eccleſia ergo non poteſt conſentire ma-

lo culpæ:& multominus cooperari quod eſt prohibitū le
ge diuina i quo ſemp remanet macula peccati & hoc etiā
ut uitetur maius malum uel quod ſequatur aliquod aliud
bonum:ut patet expreſſe di.xiiii.c.quod ait:licet poſſit tol
lerare eccleſia ſub diſſimulatione cauſa maioris mali uitā-
di uel cauſa maioris boni:quod inde oriri poteſt & de hoc
eſt gloſa quā ſequitur Archidiaconus & Iohānes de ſant. Archi.
diſtinctione quarta capitulo Deniq; in uerbo uenia: uide
etiā gloſam notabilē diſtinct.iii.c.finali.Et ſi quis diceret
ꝙ eccleſia tolleret ritus iudeoꝝ:& prohibet fideles ne eos
impediant ut habeť expreſſe di.xxxxv.c.Q ui ſincera.Di
cendum ꝙ eccleſia hoc impedit cauſa maioris boni quod
exinde ſequitur ut.ſ.p hanc uiam poſſimus eos lucrari: &
facilius conuertantur ad ueritatē:ut dicitur in ſupradicto.
c.qui ſincera.Deinde quia ueritas noſtræ fidei in libris ip
ſorum uelata & i ritibus perſigurata noſtris oculis lucide
demōſtratur & fidei noſtræ teſtimonium roboratur ut di
cit Auguſtinus.xviii.de ciuitate dei.c.xxxxv.

MAgiſter Gerardus de ſenis ordinis heremitarum
examinat hoc dubium utrum iura debeant con
cedere contractum uſurarium:propter aliquod
bonum quod inde oriatur uel ꝑpter aliquod malum:qď
inde uitetur:quod ſoluit hoc modo diſtinguendo:& alle-
gatur a Ioh.an.in mercurialibus in regula peccatum.in ar.
iii.Dicit enim ꝙ pmiſſo accipi pōt tribus modis.Vno mo
do prout ut eſt ſimplex permiſſio indulgens pœnā.& hoc Permiſ-
caſu eccleſia permittit malum:ut euitetur maius malū ut ſio pōt ac
in dicto,c.deniq; iuncta gl.in uerbo uenia.di.iiii.& in.c. Si cipi tribꝰ
qua monacharū iuncta glo.xxvii.q.i.Et dicit ibidem Ioh. modis
an.ꝙ talis permiſſio ideo dicitur ſimplex quia tātummo-

do pœna indulgetur:non autem culpa minuitur. Secũdo modo accipi poteſt permiſſio uel cõceſſio prout idem eſt ꝙ permiſſio tollens impedimentum ſecundum quem mo dum iudei inter xp̄ianos permittuntur ab eccleſia in obſer uantia ſui ritus ut in.c.Q ui ſincera.xxxxv.di.& iſta pmiſ ſio differt a prima:quia non ſolum eccleſia permittit malũ .ſ.obſeruantiam ritus iudeorum ſubtrahendo cõminatio nem:uel inflictionem pœnæ:ſicut facit pmiſſio prima:ſed etiam remouendo impedimenta chriſtianorũ: qui uellent impedire iudeos ne obſeruarẽt ſuos ritus ut in.c.Sicut de iudeis. Tertio mõ põt accipi cõceſſio ꝑut idẽ eſt ꝙ pmiſ ſio p̄ſtãs iuuamen: ſecũdũ quẽ modũ eccleſia qñq; pmit tit clericũ occidi a poteſtate ſeculari:& hæc pmiſſio exce dit ſecũdã:ſicut ſecũda primã:qa in iſta tertia permiſſiõe nõ ſolũ ſubtrahit̃ cõminatio aut inflictio pœnæ:q̃ poſſet ꝑ occiſionẽ clerici infligi:ſicut fit in primã pmiſſione. Sed etiam tollit impedimentũ per qd̃ poſſet occiſio clerici im pediri:quemadmodum fit in ſecunda permiſſione. Immo ultra hæc duo præſtat̃ iuuamen in iſta tertia permiſſione quod non fit in aliqua præcedentiũ: Nam in nulla ipſarũ poſſet eccleſia iuuamen p̄ſtare:quia non põt adiuuare ma lum culpæ & offenſæ dei:& qui aliter ſentiunt beſtialiter ſentiunt:Sed eccleſia præſtat iuuamen:quia ipſum degra dat et ponit in manibus iudicis ſecularis ut crucietur uel

Apoſtolus. etiam occidatur iuxta illud Apoſtoli.i.cor.v. Tradens hu iuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis ut ſpiritus eius ſaluus fiat in diem domini noſtri Ieſu Xp̄i ut in.c.no uimus de uerborum ſignifi.

EX his patet ꝙ tribus modis poteſt accipi cõceſ ſio uel permiſſio:pr mo quando propter maius

malum uitandum malum toleratur ſub diſſimulatione:& hæc dicitur comparatiua permiſſio:quia ſolum pœna indulgetur:Cum talis ſic faciens non puniatur ut eſt de meretricibus:Tamen non minus inuoluitur crimini propter talem permiſſionem: Secundo modo accipitur cōceſſio uel pmiſſio:qñ ecclesia tollit impedimēta ipediētia malū fieri propter bonum:quod inde ſequi ſperatur ut in obſeruatione ritus Iudeorum. Tertio modo quando eccleſia præſtat iuuamen:Et ſciēdum ꝙ eccleſia hoc tertio modo non poteſt concedere uel permittere niſi illud quod pmittitur ſiue conceditur ſit licitum ut eſt occiſio clerici ꝑpter delictum traditi curiæ ſeculari:nam hoc eſt licitū quia maleficia non debent remanere impunita ut in.c. ut fame de ſen.ex.et.l.ita uulneratus.ff.ad.l.Aquiliam:Quamobrem concludendum eſt ita ꝙ uidelicet eccleſia non poteſt dare licentiam præſtando iuuamen faciēdi malum culpæ ut in.c.legatur.xxiiii.q.ii.Vnde eccleſia non poſſet dare licētiam præſtando iuuamen:ut iudei ſeruarent ritus ſuos ut dicitur in glo.iii.c.Qui ſincera.xxxxv.di. Vnde Auguſti. contra perminianum dicit:ꝙ quis malis ſociatur quando cum eis malum committit:aut committētibus fauet ut habetur.xxv.q.iiii.Ita plane:et in fine capituli ita concludit Auguſt.ubi malum non poteſt corrigi: uel puniri:uel aliter obuiari illa duo retenta ſemper reſeruant hominem innocentem et incorruptum a peccato.ſ.ut nec malum qs faciat : nec approbet factum:ſed præſtare iuuamen iudeis ad uſuras exercendas eſſet fauere malo quod non licet et cetera. Augu.

COncludit ergo ibi ſupraſcriptus frater Gerar-
dus.& Ioh.an.ꝙ nec ius naturale nec diuinum
pōt permittere contractum uſurariū:propter ali
quod maius malū uitādum uel propter bonū:
quod inde oritur.quia & ius naturale:& diuinum prohi-
bēt uſuras.Nec etiam ius canonicum aliqua ſupraſcripta
rum permiſſionum:quia pœna cōminatur & infligit faciē
tibus dictū contractū:ut in.c.q̄q̄.li.vi.de uſuris.ſed multo
minus aliquis dominus temporalis uel aliqua cōmunitas
quæ ſunt minoris auctoritatis:& ſi aliquas uideatur Papa
permittere uſuras:ut in.c.ſalubriter de uſuris:& alibi dicē
dum ꝙ illæ non ſunt proprie uſuræ licet uideātur ſimiles:
Ius aūt ciuile pmittit permiſſione primi modi.ſ.nō infligē
do pœnam:propter maius malum uitandum.Ergo hæc ē
theologorum & canoniſtarum uera & indubitatā cōclu-
ſio:licet enim multa adduci & allegari poſſent:ſed qa nō-
nulli propter dictum Auguſtini in libro de adulterinis cō
iugiis quod etiam habetur.xxxiii.q.ii.c.Si quod uerius.au
dent dicere ꝙ de duobus malis culpæ minus eſt eligendū
quia Auguſti.uidetur dicere ꝙ ſi quis uult facere homici
dium:uel adulterium ꝙ potius faciat adulterium q̄ homi
cidium:Quibus reſpondendum eſt ꝙ Auguſt. loquitur
cōditionaliter uidelicet ꝙ ſi quis cogeret ad aliquod iſto
rū ꝙ magis deberet facere adulterium:ſed illius conditio
nalis prima pars non eſt concedenda.quia nemo liberi ar
bitrii cogitur ad peccandum:ergo & conſequens non eſt
concedendum:Similiter Augu.uolebat dicere ꝙ ſi qs uel
let alterum iſtorum facere ꝙ magis deberet facere adulte-
rium:Sed nullus debet uelle perpetrare aliquod iſtorum
et cetera:Sed bene ſtante mala uolūtate ad alterum iſtoꝝ

tunc faciat minus:ſed illa mala uoluntas eſt deponenda. Quare perſtat cōcluſio firma q̄ malum culpæ parum nō eſt perpetrandum:ut uitetur maius et ex conſequenti nec uſuræ.

F I N I S .

D.Celſi Veronenſis Cano.Regul.ad Reuerēdiſſimum. D.Cardinalem Papien.de morte.S. Sixti Cardinalis Epi.

REVERENDISSIME Domine Ex litteris benedicti Maphei nepotis mei cognoui id quod etiam ſine litteris intelligebam . Et tuæ Reuerēdiſſimæ.D.erga me ſtudium eximium & iudicium eiuſdem in me ſingulare Doleo profecto:neq̧ me parem pro tuis in me meritis gratiam refferre poſſe:Neq̧ ea in me eſſe quæ opinioni tuæ:iudicioq̧ reſpondeant. Tuā ſemper Reuerendiſſimam dominationem laudis meæ cupidam dignitatiſq̧ cognoui.Itidem ago:ubiq̧ locorum & gentiū:de tua excellenti uirtute:ac gloria.Huiuſce rei habeo q̄ plurimos locupletiſſimos atq̧ digniſſimos teſtes. Verum de his alias.Quid autem mi Reuerendiſſime domine in hac tam miſera & fallaci uita admodū cupere debeamus:nō ſatis intelligo:quid uero timendum ſit:plane cognoſco.Quottidie noua oboriūtur exempla quibus inſtruimur:nihil eſſe hac uita miſerius:Nam cum nuper de obitu Cardinalis ſancti Sixti ex multorum litteris & nuntiis accepiſſem:Cœpi mecum cogitare uariam rerū humanarum ſortem:mirabilemq̧ ſimul:ac miſerabilem hominis iſtius conditionē fuiſſe cognoui: Nam qui paulo ante in

uita fœliciſſimus omnium eſſe putabatur.in morte miſeri mus omnium apparuit:quando ea quæ uiuēti gloriam & ſplendorem attulerunt.morienti pœnam & cruciatum inferrent:& ea quæ dum ante poſſiderentur iocūda & dulcia eſſe uidebātur:eadem dum relinqrentur triſtia:& amara eſſe ꝓbarentur:Quid enim in hoc biennio huic quod optaret:aut uiuenti defuit:aut morienti profuit:Heu miſeram nimis hominis conditionem:dum ea quæ in uita tā to labore parantur ad uoluptatem:in morte tanto dolore relinquuntur ad pœnam:Et quæ prius longis erant quæſi ta uigiliis ut eſſent oblectamento: breui tempore magno ſunt amiſſa tormento.Nihil huic homini adiumēti dignitas:nihil ſplendor:nihil aurum:nihil argentum:nihil uaſa præcioſa:nihil opes:nil nitor gemmarū:nil fauor auræ popularis:nil turba clientum:nil deniq; principatus tāto præſidio ſtudioq; ualatus prorſus attulit ſalutem:Sed e contrario quum corpus ſæuis doloribus cruciatum torqueretur:Hæc omnia quoniam relinquēda erant:animū quoq; diris ac cruentibus morſibus lacerabant:ut mihi profecto fortunatiſſimi eſſe uideantur:qui nullā cum rebus tam cito perituris ſortem acceperunt.uel acceptam uirtute ipſa contemptā penitus abiecerunt:Sic enim fit ut animus noſter & adhuc in corpore poſitus nullis rerum præſentiū delinitus illecebris rerum æternarum cogitatione paſcatur. Et dū migrat a corpore nullis uinculis irretitus:aut ſordibus inquinatus liber ac mundus euolet in ſuperna:& nullo dolore relinquat:quod miro ardore cōtempſit:At me q dem iampridem totum in hāc cogitationem erectum:cū uariis rerum humanarū multipliceſq; caſus: Tum uiri de quo dico tam repentini tamq; inſperati euentus ſubitæq;

procellæ confirmarũt:Quid enim?floruit hic paucis die bus pluſq; mea ſententia aſſequutus eſt:q̃ uel ulli ſperare aut ei fas eſſet optare:Quando qdem ex loco tam humili tamq; abiecto.ad tam excellentis gloriæ culmen altitudinẽq; potentiæ euectus eſt. Et ecce mi pater & domine dũ huic ad uota ſuccedunt oia parum dico immo dum uota ſucceſſu reꝶ ſuperant: dum nihil optat:qd' non ſperet.dũ nihil ſperet quod nõ querat:nihil querit:quod nõ aſſequatur:Dum ei cuncta arrident in ipſo primordio iuuentæ in medio florentis gloriæ curſu: ſubita atq; inſperata morte corripitur:O fluxã rerum humanarũ labilemq; naturam: O falacem uitæ ſpem:O miſeram conditionem: Quid ẽ quod animos noſtros excitet aut allitiat ad hanc rerũ tranſeuntium ac tam cito labẽtis uitæ gloriam appetẽdã:quãdo uel res nobis:uel nos rebus:tam inopinato euẽtu: tamq; ſubito caſu ſubtrahimur?Igitur humaniſſime princeps ab his rebus quæ tam cito pereunt meus auocãdus ẽ animus:atq; illic ſpes mea cogitatioq; locãda eſt: Vbi uita ppetua. Vbi pax æterna. Vbi imortalis beatitudo. Vbi ſempiterna fœlicitas. Vbi deus noſter eſt præmium ac uita:& merces noſtra magna nimis: Hæc tuæ Reueren.Do.ſcripſi nõ quod aut ad contẽptũ uitæ præſentis:aut ad ſpem futuræ eam accendẽdã inflammãdãq; putarem: Cum uita tua perfecta quædã norma integritatis: ſanctitatiſq; exiſtat.Sed ut magis hæc epiſtola eſſet monumentũ mei in te præcipui amoris:ac ſingularis obſeruantiæ:in telligẽte q; tuam Reuerẽdiſſimam Dominationem mecum in ſtudiis:mecum in cogitatiõibus:mecum & domi:& publice cum ſuauiſſima memoria uerſari.Cui me unice trado:atq; commendo. Verone.xiiii.kallendas Februarias.

Epiſtolion Philippi Beroaldi.

OPuſcula nõ parum multa cum ellegãtiæ nitore:tum ſententiarum ſplendore fulgentia laudibus extollere conſueuimus. Inter quæ reponi merito poteſt libellus hic a Venerabili Viro Celſo nuperrime editus: Qui non minus eſt eruditione q̃ religione monſtrabilis:multum in hoc nitotis:nec minus doctrinæ ineſt: Lector lege lætabẽris. Vale

Impræſſum Verone per Miſer Hieronymo de arcole Luchaantonio Fiorentino:& Bernardino miſinta. M.cccccííí.

